

A 231
3

Alte

Sammlbd.

Lil

Hist.

III. C. 0

צִירָךְ פְּשָׁלֵל שְׁלִימָה
i.e.

FORMATIO VERBI
PERFECTI
AC
NOMINVM,

Ad Linguac Sanctac cognitionem atque Ebraeo-
philorum scientiam,

magis perfectam reddendam,
suscepta et monstrata,

CONSENSVQVE PVBLICO,

Auditorum suorum in studio Ebraeo, non ita pridem
iterum inchoato, sumtibus, edita,

a

M. FRIEDERICO VON SCHAEWEN,

Reg. Alumn. et Com. Conu. Inspect. Sec.

Cum Indice illarum praesertim vocum, quae ad formas suas
sunt retiocateae.

Regiomonti Anno R. O. c̄lcc xxix.

LITTERIS STELTERIANIS.



AUDITORIBVS
SVIS DILECTIS,
OMNIBVSQVE
LITTERATVRAM EBRAEAM
AMANTIBVS
PRAESENS OPUSCULVM, CVM SIN-
CERO OMNIGENAE PROSPERITA-
TIS VOTO, CONSECRAT
AVCTOR.

PRAEFATIO AD LECTOREM.



Odum nosce ac perspectum habere, quo Verbum perfectum a tribus litteris radicalibus formetur, & nomina a verbis suis deruentur atque fiant, ad perfectiorem solidioremque Linguae Ebraeae notitiam non modo spectare, sed etiam ducere, nemo, **LECTOR BENEVOLE**, mea quidem sententia, inficias facile ibit. Cum enim Scientia sit cognitio rei per causam, verbum perfectum ac nomina omnino multo accuratius cognoscit, qui explicare & ostendere prompte potest, qua ratione illud a tribus litteris radicalibus, per omnes Conjugationes, Conjugationumque tempora omnia, flectatur, haec a verbis suis descendant atque oriuntur, quam qui sibi simpliciter ac nude Verbum Pakadh, vel Katal, magno labore, insignique animi defatigatione impresit, atque memoriter tantummodo, coeco quasi impetu, recitare didicit, & cui dixisse sufficit, hoc illudue nomen, ab

A

hoc

hoc illoue verbo ortum suum trahere, quamuis,
quomodo id contingat, prorsus nesciat ac ignoret.
Dumque & verbi perfecti a tribus litteris radicali-
bus, & nominum a verbis suis formatio, praexceptis
atque regulis Grammaticis innititur, haeque, quo
saepius occurunt, ac repetuntur, eo firmius Lin-
guae Ebraeae tyronibus imprimuntur, exinde quo-
que patet, quod modum nosse ac perspectum habe-
re, quo verbum perfectum a tribus litteris radicali-
bus formetur, & nomina a verbis suis deriuentur
atque fiant, reuera ad perfectiorem solidioremque
Linguae Ebraeae notitiam non modo spectet, sed
etiam ducat. Operae itaque pretium, tibique, LE-
CTOR BENEVOLE, ac Orbi litterario rem
gratam me facturum esse spero, si in tractatulo pree-
fenti, ad Linguae Ebraeac notitiam ex parte magis
magisque perficiendam, viam ad formationem ver-
bi perfecti & nominum perueniendi, monstrauero.
Prius equidem argumentum ego ipse ante tres jam
annos, per DEI gratiam prolixè expediui, doctri-
namque de formatione verbi perfecti linguae E-
braeae

braeae, in peculiari dissertatione, Respondente CAROLO HENRICO FRIESE, Phil. ac Theol. studio Nobilissimo, Anno cl^o Iocc xxvi. Die xxvii. Februarii publice ventilata, plene deduxi; quia tamen Dissertatio modo dicta adeo est distracta ac dispersa, ut nulla amplius roganti, eamque sibi expectenti, siue a me, siue ab ejus Respondente, communicari queat, non poenitebit, doctrinam hanc de nro hic repetere, eamque primam tractatuli mei constituere partem, in duo, melioris ordinis gratia, diuisam capita, quorum prius Theoriam, seu praecepta, ad formationem verbi perfecti spectantia, dabit, alterum e contrario Praxin, vel adplicationem horum praceptorum indicabit. Quod autem argumentum secundum, formationem scilicet nominum a verbis suis, concernit, otium hac in re facile mihi fecisset B. D. DANZIVS, Philologus, dum viueret, Jenensis Celeberrimus, Praeceptor meus, quem post ipsius etiam mortem admodum veneror magnique habeo, si ejus *Paradigmata nominum* in tabernis nostris librariis magno in numero venalia

A 2 prosta-

prostarent. Atenimuero, cum studio linguae
Ebraeae incumbentes, ista frustra in his quaerant,
praetereaque inuentis atque ab Auctore modo lau-
dato adductis, meliori in ordine, nonnulla adhuc
addi, multa etiam clarius enodari queant, promis-
sionem meam, pagina tertia Dissertationis antea ci-
tatae publice factam, implere, atque in posteriori
tractatuli hujus parte, formationem nominum a ver-
bis suis facilitare conabor, quatuor capitibus, quo-
rum primum nomina nuda, secundum a fine, ter-
tium ab initio, & quartum utrinque, tam a fine,
quam ab initio aucta, proponet. DEus Ter Optimus
Maximus labori huic ex alto benedicat, faxit-
que clementer, ut, in sui Gloriam & Honorem, ex
eo fructum ac utilitatem percipient, & hi, qui Lin-
guae Ebraeae Fundamenta hactenus a me, vel alibi,
jam hauserunt, & illi, qui in posterum adhuc meae,
aut aliorum manuductioni in Philologicis se concre-
dent. Fiat id ipsum per JESUM CHRISTUM,
Dominum nostrum, Amen!

PARS

PARS PRIOR
DE
Formatione Verbi Perfecti Linguae Ebraeae

CAPVT I.

Theoriam, seu Praecognita ac Praecepta, ad formati-
onem Verbi Perfecti spectantia, in se continens.

§. I.

Quia Verbum Ebraeum ratione qualitatis, vel perfe-
ctum, vel imperfectum exsistit, Rubrum, partisque
hujus inscriptio statim docent, me in sequenti tra-
statione, circa Formationem Verbi perfecti praec-
cise futurum esse occupatum, siquidem hoc regula etiam &
norma est, ad quam Verba imperfecta exigi ac examina-
ri debent. Dicitur autem verbum perfectum, quod omnes
inter conjugandum litteras radicales retinet, nec etiam,
his retentis, anomaliam quandam in vocalibus parit. Ver-
bum imperfectum e contrario vocatur, quod vel unam alte-
ramque litteram radicalem inter conjugandum mutat, aut abji-
cit, vel, si Litterae radicales omnes maneat, in vocalibus tamen
irregularitatem aliquam efficit, veluti e.g. propter tertiam ra-
dicalem נ, secunda radicalis pro ordinario Cholem vel Patach,
Kamez accipit, ac ob tertiam radicalem He, non crescentem א
fine, sub secunda radicali, in Praeterito Kamez, in Futuro & Par-
ticipio Praesenti Kal, Saegol, in Imperativo Tsere legitur. Conf.
B. WASMVTHI *Ebrais Restit. Reg. XXXII. & XXXIII.*

§. II. Ut quis felices in formatione Verbi perfecti pro-
A 3 gressus

gressus facere queat, praenotare ac notum sibi reddere necessario debet, quot Conjugationes illud habeat, qualia Tempora in Conjugationibus occurrant, & quae regulae in formatione & flexione Temporum obseruandae veniant. Hinc mearum jam erit partium, pluribus de omnibus hisce ordine tractare ac agere, ubi tamen de regulis praesertim, in formatione & flexione Temporum obseruandis, iterum iterumque moneo, quod istae non solum paucae existant, sed etiam, quia in adlicatione saepius saepiusque recurrent, facillimo negotio, & ludendo quasi, ab unoquoque capi, memoriaeque imprimi possint, ut ipsa Verbi perfecti formatio propter eas prolixia, aut taediosa aestimanda proflus non sit.

§. III. Conjugatio stricte loquendo non nisi una quidem est, siquidem terminatio secundum numeros, personas et tempora, eadem * semper manet; in quatuor tamen ista diuiditur classes, quarum singulæ priores tres, actiua et passiua habent formam, ac ultima tantum *μοναδικὴ* existit. Nimis, primæ Clasoris forma actiua, *solas* tres litteras radicales exhibet, atque adeo thema, siue radicem constituit, diciturque Paal, vel Kal. Ejus Passuum, litteris radicalibus pro charactere praefigit *א*, et nominatur Niphil. Secundæ classis character, est Dagesch forte, mediae radicali imprimendum, cuius forma actiua, Piel: passiua, Pyal vocatur. Tertiæ classis character, existit *ר*, ab initio præpositum, hujusque forma actiua,

Hiphil:

* Conjugatio nihil aliud est, quam variatio terminationis, secundum numeros, personas et tempora. Cum itaque terminatio secundum numeros, personas et tempora, eadem semper in verbo Ebraeo maneat; una etiam proprie apud Ebraeos tantummodo existit Conjugatio.

Hiphil: passiva, Hophal audit. Quartae classis character, praeter Dag. forte, secundae radicali imprimendum, est syllaba praeformativa הַ, nuncupaturque Hithpael. Si de Conjugationum nominibus quis quaerat, unde haec originem suam trahant? Respondemus, Ebraeorum Magistros olim, pro illustranda ac ostendenda flexione omnium Temporum et Conjugationum Verbi perfecti, assumisse litteras פָּל, quamvis minus accurate, quoniam ו, tanquam gutturalis, neque schua simplex, neque Dag. For. recipit, adeoque irregularitatem non nullam efficit. Quia itaque, quando e. g. litteris his* substinentur puncta personae primae Conjugationis primae, inde vox פָּל oritur, aut quando illis subjiciuntur puncta personae primae Conjugationis secundae, simulque character Conjugationis hujus praeponitur, vox נְפָל exsurgit, etc. hinc vocata est Conjugatio prima, Paal: Secunda, Niphal, & sic porro. Proinde a verbo פָּל, Conjugationes sua sortita sunt nomina. Quinimmo, cum verbum hoc tribus constet litteris, quartum prima est א, altera ו, tertia ל; antiqui Ebraeorum Doctores, verba anomala, quod obiter hic notamus, his litteris indicarunt. Sic v. c. Verbum נְאָתָה, vel נְאָתֵה ipsi significabat Verbum anomalon primae radicalis vel, siquidem a prima exsistit littera vocis פָּל. Verbum quiescens ו, indigitabat Verbum anomalon mediae quiescentis ל. Verbum נְלָמָד, erat Verbum tertiae radicalis מ, crescentis vel non crescentis, &c.

§. IV.

* a litteris פָּל ad formam קְרֹטֶל est פָּל, ad formam נְקֹטֶל exsistit פָּל, ad formam קְרֹטֶל & קְרֹטֶל, si non obseruetur, quod ו sit littera gutturalis, sit נְקֹטֶל, ad formam קְרֹטֶל venit נְקֹטֶל, ad formam קְרֹטֶל oritur פָּל, נְקֹטֶל, ad formam קְרֹטֶל habemus נְקֹטֶל neglegendo iterum, quod ו littera gutturalis exsistat.

§. IV. Tempora apud Ebræos quinque sunt: *Praeteritum, Futurum, Imperatiuus, quo NB. Conjugationes Pyal & Hominal carent, Infinitiuus, & Participium*, quod in Kal geminum est, *Bononi*, seu *Praesens*, alterum, alterum *Pahul*, aut *Pasium*. In singulis fere temporibus hisce, respiciendum potissimum venit, partim ad formationem, partim ad flexionem, de qua ultima notamus, quod (1) eadem sit in omnibus Conjugationibus, ac in prima erat (2) fiat in numeros, genera ac personas. Numerus duplex existit: *Singularis & Pluralis*. Genus, sicuti in Pronominibus personalibus separatis, vel masculinum est, vel femininum, vel commune. Personae sunt tres: *prima, secunda, tertia*. Placet hic adumbrare flexionem.

(a)

Praeteriti

| | <i>Sing.</i> | |
|-------|--------------|--|
| 3. f. | 3. m. | |
| 2. f. | 2. m. | |
| | I. C. | |

Plur.

| | |
|-------|-------|
| 2. f. | 3. c. |
| | 2. m. |
| | I. C. |

(β)

*Futuri**Sing.*

| | |
|-------|-------|
| 2. f. | I. C. |
| 3. f. | 2. m. |

Plur.

| | |
|-------|-------|
| 2. f. | 3. m. |
| 3. f. | I. m. |

§. V. In formatione Praeteriti, ante omnia attende ad tertiam personam masculinam singularis numeri, quia ista non solum propter facilitatem suam ceteris praepositur, sed ab hac quoque, reliquae personae omnes descendunt, unde NB persona illa tercia, Praeteritum *ναš ἔξοχην* etiam nuncupatur. Formatur vero a tribus litteris radicalibus, per certum characterem, et propriam punctuationis formam, quam ipsa nomina Conjugationum vocalibus suis innunt, e. g. Pa-al, Niph-al, Pi-el, Hiph-il, etc. Flexio Praeteriti fit medianibus litteris, vel Syllabis afformatiuis נ et נְ, ת, תְ, ה, הְ NB e Pronominibus personalibus separatis, ceu docet WASM. Ebr. Rest. Reg. xxii 1. m. ii. n. 1. p. m. 85. decurtatis, et a fine tribus litteris radicalibus adpositis, una cum terminatione ת, tertiae personae pluralis com. generis, quae genio linguae danda, cum a pronomine personali non sit decurtata.

§. VI. Haec de formatione et flexione Praeteriti, ubi adhuc nota

- I. Littera radicalis mobilis, quando, accedente afformatio, vocali destituitur, schua expressum accipit, per WASM. Ebr. Rest. Reg. II. m. I. lit. α.
- II. Litterae ה, in afformatiuis נְ, תְ, הְ, תִ, הִ, תַ, cum sit vna ex בָּנְרַכְתָּה Dagesch Lene post schua quiescens imprimitur. Similiter ה praeformatiuum Futuri, quia stat ab initio vocis extra contextum D. L. accipit. Conf. WASM. Ebr. Rest. Reg. VI. m. I. et III.
- III. In Conjugationibus Piel, Hiphil et Hithpael, personae secundae, et sequentes

quentes omnes utriusque generis ac numeri, sub secunda radicali sum, quod in Kal et Niphil jam habuerunt, reasumunt patach, nisi quod ȝ. pl. com. gen. Conj. Hiphil, pro - habeat.

IV. Propter aliquas affirmativas Praeteriti, nec non Futuri, vocalium mutatione est suscipienda. Nimurum, ob Praeteritorum affirmativas נ et נ, nec non Futurorum נ et נ, vocalis sub secunda radicali quaecunque, praeter chirec magnum in Hiphil, quod, quia vocalis impura existit, inuariatum manet, mutatur in schua simplex. Pariter ob Praeteritorum affirmativas נ et נ in Kal, Kamez sub prima radicali corripitur in schua.

V. Vocali longae ante schva simplex, mobile praesertim, adponi debet methegh, ne illa una cum schua, justo celerius abripiatur, moramque aliquam perdat, per WASM. Ebr. Ref. Reg. XI. n. 2.

§. VII. A Praeterito ad Infinitiuum transimus. Quamuis enim ille ordine, ac in Conjugationum schemate, posterior Futuro et Imperatiuo exsistat; natura tamen prior temporibus istis est, cum haec ab illo descendant deriuenturque, Futurum quidem *immediate*; Imperatiuuus autem, vti in subinsequentibus videbimus, *mediate*, mediante nimurum Futuro. Formatur certum Infinitiuus a Praeterito, seu tertia persona singulari masculini generis Praeteriti, variatis solummodo in Conjugationibus quibusdam punctis. Sic in Kal, prima radicalis loco Kamez schua simplex, et secunda radicalis pro patach, cholem accipit. In Niphal prima radicalis loco schua quiescentis Kamez, et secunda radicalis pro patach, tsere habet, praeformativo ו insuper adhuc praeposito. In Piel prima saltem radicalis paruum suum chirec in patach conuertit. In Hiphil pariter chirec paruum duntaxat sub praeformatiuo ו in patach mutatur. In reliquis Conjugationibus, Pyal scilicet, Hophal et Hithpael, Infinitiuus cum tertia persona singulari masculina Praeteriti prorsus coincidit, ac ab ea plane non differt.

Obser-

Obseruatio. Ebraici nihil frustra, neque punctum, neque litteram, facile abjiciunt: sed communiter punctum ejectum per methegh, aut mutationem vocalis longae in breuem; litteram autem abjectam per Dagesch Forte compensant.

§. VIII. Ab Infinitiuo formato prouenit initio Futurum, per praepositas ipsi Litteras יתנ, et adpositas a fine afformatiuas ננ et גג, vbi obserua

I. Litterae praeformatiuæ יתנ primario indicant personas. נ primam singularem, quae generis communis est. נ secundam masculinam vtriusque numeri et generis, nec non tertiam femininam vtriusque numeri. ת tertiam masculinam vtriusque numeri. י primam pluralem communis generis. Afformatiuæ יתנ et יתנ, e contrario, genus ac numerum *primario* designant. Sic afformatum יתנ indigit secundam femininam singularis numeri. נ secundam et tertiam pluralem masculini generis. יתנ secundam et tertiam femininam pluralis numeri.

II. Litterae praeformatiuæ ordinarie habent schua, quod simplex est, ante schua aliud per WASM. REG. III. m. I. in chirec paruum mutandum, sub litteris non gutturalibus יתנ; compositum vero, et quidem per WASM. Reg. XXIX. m. I. n. I. chateph patach, sub littera gutturali, adeoque etiam sub נ, quod in Futuro Kal, Niphal et Hithpael specialiter saegol accipit. Conf. WASMVTHI Ebraic. Rest. Reg. XIV. m. I. except. 2:

III. Littera characteristica Temporis excludit litteram characteristicam Conjugationis, ejusque assumit punctum. Sic quoque character Temporis posterioris expellit characterem Temporis prioris, vel integrum, vel saltem, vti in Hithpael, ejus primam litteram, hujusque assumit punctum, nisi quod praeformatiua נ, in Futuro Niphal et Hithpael, retineat suum saegol, pro schua possum.

§. IX. Porro ab infinitiuo Imperatiuus, qui, quod probe notandum, in secunda tantum persona vtriusque numeri ac generis flebitur, oritur, sed mediante Futuro. Enim uero formatur Imperatiuus a Futuro ejusdem numeri, personae ac generis, ita vt in Kal et Piel, נ praeformatum Futuri tollatur; in reliquis autem Conjugationibus, נ Infinitiu, in Futuro ex-

pulsum, pro praeformatiuo π repetatur. Tandem ab Infinitiuo Participia quoque descendunt, quando littera ν illi praefigitur, ac in Conjugatione Pyal et Hophal, secunda radicalis Kamez insuper notatur. Vbi tamen clasis prima excienda venit, vrpote in qua Participia a Praeteritis, per sola puncta differunt. Quomodo in Participiis Kal puncta Praeteriti variantur, vel ipsorum nomina ostendere nobis possunt. Nimirum, in Participio Praesenti duae vocales priores nominis Benoni, quo Participium hoc insignitur, Tsere et cholem, inuerso ordine litteris radicalibus substernuntur, ac nomen *Pahul* innuit quasi, Participium Passuum, quod sic dicitur, Kamez et schureck pro vocalibus suis agnoscere, adeoque in eo patach Praeteriti in Schurek conuersti. Participium Niphal concernens, ynicum Kamez differentiam inter illud et Praeteritum inducit, siquidem in Praeterito sub secunda radicali est patach; in Participio vero Kamez. De flexione Participiorum non est, vt multa jam scribamus. Cum enim natura sua nomina sint, vti nomina quoque fleantur, quorum flexio satis exsistit nota.

CAPVT II.

Praxin, vel adlicationem praceptorum ostendens.

§. I. Praemisis itaque praceptis, quibus Formatio Verbi Ebraei innititur, nihil amplius restat, quam ut ad praceptorum horum adlicationem progrediamur, et ipso opere, veluti in tabula monstremus, qua ratione eorum ductu ex datis tribus litteris radicalibus, omnium Conjugationum Tempora omnia,

omnia, juxta consuetam, ac §.IV. cap. praec. ex parte adumbratam flexionem, componantur formenxurque. Perinde quidem existit, quales litterae in finem hunc accipiantur, dummodo istae ita comparatae sint, ut anomaliam quandam ac irregularitatem non pariant; quia tamen in litteris לָקֹת, tertia נְמִזְבֵּחַ magis sonora est, quam נְמִזְבֵּחַ in litteris נְמִזְבֵּחַ, adeoque melius ante affomatius, e. g. מְלָא, נְמִזְבֵּחַ percipitur, eas vel ex hoc fundamento ad institutum nostrum nobis selegimus. Qui saepius in formando Verbo Ebraeo se exercere cupit, conamine sane laudabili, ac tali, quo quis facillimo negotio, et aliud quasi agendo, Conjugationes Ebraicas sibi imprimere potest, ille prima vice assumat litteras לָקֹת, altera litteras גָּמֵל, tertia lit. בְּטֻל, quarta litteras alias, pro lubitu suo.

§.II. Quando a litteris לָקֹת Praeteritum Paal formari debet, ante omnia per §. V. cap. praec. de formanda tertia persona masculina sing. num. sollicitus esto. Formatur ista, ceu idem §. V. docet, a datis litteris radicalibus, per certum characterem, et propriam punctuationis formam. Conjugatio Paal, juxta §.III. cap. praec. Solas litteras radicales exhibet, adeoque charactere caret; propriam tamen punctuationis formam, ejus denominatio, nomen scilicet Pa-al, vocalibus suis suppeditat. Constat enim vox Pa-al ex duabus Syllabis, quarum prima simplex, posterior composita existit. Jam, cum syllaba simplex ordinarie ex vocali longa, composita regulariter ex vocali breui constet, Syllaba Pa, quae simplex est, docet, primae litterae radicali substernendum esse Kamez; posterior autem Syllaba composita al, haud obscure innuit, secundam litteram radicalem Patach

accipere debere. Est itaque 3. sing. m. g. קְרַב. Ab hac reliqua Praeteriti personae omnes ordine descendunt, et quidem (1) 3. sing. f. g. per adpositam a fine syllabam afformatiuum נָ. Sic foret נְקָרָב. Verum per c. pr. §. VI. Not. IV. ob afformatiuum נָ. vocalis sub secunda radicali in Schua mutatur, ante quod vocalis longa Kamez, per ejusd. §. VI. Not. V. methegh accipit, ut fiat נְקָרָב. (2) 2. sing. m. g. per adpositam a fine syllabam afformatiuum נָ, sicque esset נְקָרָב. Sed (α) littera נָ, cum stet in medio vocis absque vocali, secundum c. pr. §. VI. Not. I. schua expressum accipit. (β) litterae נָ in fine vocis post schua quiescens, Dagech Lene imprimitur, per cit. c. §. VI. Not. II. ut sit נְקָרָב (3) 2. sing. f. g. per adpositum a fine נָ. Sic foret נְקָרָב. Cumque iterum נָ accipiat schua expressum, et afformatiuo נָ Dagelch Lene imprimatur, est נְקָרָב (4) 1. sing. com. g. per adpositum a fine נָ. Sic esset נְקָרָב. Verum littera נָ schua expressum fortitur, post que illud litterae נָ D. L. imprimitur, juxta c. I. §. VI. Not. I. et II. ut fiat נְקָרָב (5) 3. plur. com. g. per adpositum a fine נָ. Sic esset נְקָרָב. Sed per §. VI. Not. IV. pr. c. ob afformatiuum נָ, vocalis sub secunda radicali in schua corripitur, ante quod vocalis Kamez, juxta cap. I. §. VI. Not. V. methegh accipit, ut sit נְקָרָב. (6) 2. plur. m. g. per adpositum a fine נָ. Sic esset נְקָרָב. Verum (α) per c. pr. §. VI. Not. IV. ob afformatiuum נָ in Kal, Kamez sub prima radicali in schua muratur (β) נָ schua expressum accipit (γ) Litterae נָ syllabae נָ Dagech Lene imprimitur, ut fiat נְקָרָב. Conf. c. I. §. VI. Not. I. et II. (7) 2. plur. f. g. per adpositum a fine נָ. Sic foret נְקָרָב. Sed vti antea (α) per §. VI. Not. IV. cap. pr. ob afformatiuum נָ, in Kal Kamez sub prima radicali in schua corri-

corripitur. (β) tercia radicalis schua expressum obtinet. (γ) Litterae ַ syllabae affor. D. L. inseritur, vt sit נְטָלָנָה (8) ۱. plur. c.g. per adpositum a fine ۷. Sic esset קְטָלָנָה. Nulla hic mutatio contingit, nisi quod tertia radicalis mobilis, vocali destituta, accipiat schua, quod exprimitur in medio vocis, qua facta, oritur קְטָלָנָה.

§. III. Quomodo in formatione Infinitiu, puncta praeteriti לְבָקָר varientur, jam supra §. VII. c. pr. satis perspicue docuimus. Est nempe infinitiuus לְבָקָר. Ab hoc juxta cap. I. §. VIII. Obj. I. Futurum mediantibus praeformatiuis ac afformatiuis oritur, et quidem (1) ۱. sing. c.g. per praepositum ۷, quod in praesenti Conj. Kal. secundum c.pr. §. VIII. Obj. II. saegol accipit, vt sit לְבָקָר (2) ۲. sing. m.g. per praepos. lit. ۷ cum schua, ordinario juxta c.cit. §. VIII. Obj. II. litterarum praeformatiuarum puncto. Sic foret לְבָקָר. Verum (α) schua ante schua mutatur in chirec paruum, per cap.pr. §. VIII. Obj. II. (β) ۷, juxta cap. I. §. VI. Not. II. ab initio vocis extra contextum Dagesch Lene impetrat, vt sit לְבָקָר (3) ۲. sing. f.g. per praepositam litteram ۷ cum schua, et adposit. a fine ۷. Sic esset לְבָקָר, Sed (α) per §. VI. Not. IV. c.pr. ob afform. ۷ vocalis sub secunda radicali mutatur in schua (β) schua sub littera praefor. ante aliud schua, per citatam jam Obj. II. §. VIII. corripitur in chirec paruum (γ) Praef. ۷ D.L. obtinet, juxta c.l. §. VI. Not. II. vt sit לְבָקָר (4) ۳. sing. m. g. per praepositam lit. ۷ cum schua, quod ante aliud schua in chirec paruum mutatur, vt fiat לְבָקָר (5) ۳. sing. f.g. per praepositam lit. ۷, quod pariter habet schua, ante aliud schua in chirec paruum mutandum, ac praeterea D.L. accipit, ut sit לְבָקָר (6) ۱. plur. c.g. per praepos. ۷ cum schua, quod quando ante aliud in chirec paruum corripitur, exsurgit inde לְבָקָר (7) ۲.

(7) 2. plur. m. g. per praepos. ה, et adpositum a fine ז. Sic foret Verum (א) per c. pr. Obs. VI. Not. IV. ob afform. ז vocalis sub secunda radicali in schua mutatur (ב) in concursu duorum schuajim, prius sub ה corripitur in chirec paruum (ג) praef. ו accipit Dagesch L. vt sit תקטרו (8) 2. plur. f. g. per praepos. ה, et adpos. afform. ב. Sic esset תקטרנה. Sed (א) praiform. ה schua suum in chirec paruum conuertit, ac insuper D. L. accipit (ב) tertia ז, vocali destituta, schua expressum nanciscitur, juxta cap. pr. §. VI. Not. I. vt fiat תקטרנה (9) 3. plur. m. g. per praepos. ז et adpositum a fine ז. Sic foret קטרו. Verum (א) per c. I. §. VI. Not. IV. ob afform. ז vocalis sub secunda radicali mutatur in schua (ב) Schua sub Jod ante aliud schua corripitur in chirec paruum, ut sit גיקטרו (10) 3. plur. f. g. per praepos. ה, et adpositum afformatiuum נ. Sic esset תקטרנה. Sed vide §phi hujus numerum 8.

§. IV. Imperatiuuus juxta cap. praec. §. IX. in secunda tantum persona vtriusque numeri ac generis flectitur, et a secunda persona *Futuri* formatur. Esse deberet proinde (1) 2. sing. m. g. תקטר. Verum per modo citatum §. IX. in Imperatiuo Conj. Kal, ה praiformatiuum *Futuri* tollitur, vt sit קטר (2) 2. sing. f. g. תקטר. Sed in Imper. Kal, ה praiform. *Futuri* tollitur, hocque facto, schua ante schua in chirec paruum corripitur, vt fiat זקטר (3) 2. plur. m. g. תקטר. Ast iterum ה praiform. *Fut.* aufertur, et schua ante schua in chirec paruum abit, sicque est קטר (4) 2. plur. f. g. תקטרנה. Verum ה praiform. *Fut.* tollitur, ut fiat קטרנה. Si ea, quae §. IX. c. pr. de Participiis differuimus, obseruentur, quilibet facile intelligit, Participium Benoni esse יטילק; Participium Pauli vero גאלק.

§. V.

§. V. Tertia singularis masculina Praeteriti Niphal, formatur a tribus litteris datis, per certum characterem, et propriam punctuationis formam. Character, ut docet c. pr. §. III. est littera נ, radicalibus praeposita. Propriam punctuationis formam, nomen *Niph-al* exprimit, utpote quod ostendit, praeform. נ, chirec paruum sequente schua quiescente, et secundam radicalem, patach accipere debere. Est ergo 3. sing. m.g. נִפְחָד. Ab hac deriuatur (1) 3. sing. f.g. per adpositam a fine Syllabam afformatiuam נִפְחָדָה. Sic foret נִפְחָדָה. Verum per cap. praec. §. VI. not. IV. ob afform. נִפְחָד vocalis sub 2da radic. in schua mutatur, ut sit נִפְחָדָה (2) 2. sing. m.g. per adpos. syll. afform. נִפְחָד. Sic eset נִפְחָדָה. Sed (α) tertia radic. mobilis, vocali destituta, schua expressum accipit, per c. pr. §. VI. not. I. (β) litterae נ in fine vocis, post schua quieiens Dag. lene imprimitur, juxta ejusd. §. VI. not. II. ut fiat נִפְחָדָה (3) 2. sing. f.g. per adpos. afform. נִפְחָד. Sic eset נִפְחָדָה. Verum vide praecedentem numerum 2. (4) 1. sing. c.g. per adpositum a fine נִפְחָד. Sic foret נִפְחָדָה. Sed confer praecedentem numerum 2. (5) 3. plur. c.g. per adpos. a fine נִפְחָד. Sic eset נִפְחָדָה. Sed per cap. praec. §. VI. not. IV. ob afform. נִפְחָד vocalis sub 2da radic. corripitur in schua, ut sit נִפְחָדָה (6) 2. plur. m.g. per adpositum a fine נִפְחָדָה. Sic foret נִפְחָדָה. Verum vide praeced. num. 2. (7) 2. plur. f.g. per adpositum a fine נִפְחָדָה. Sic eset נִפְחָדָה. Sed Confer. praec. num. 2. (8) 1. plur. c.g. per adpos. afform. נִפְחָד. Sic foret נִפְחָדָה. Nulla hic occurrit variatio, praeterquam quod tertia radicalis mobilis, vocali destituta, accipiat schua expressum, qua facta, est נִפְחָדָה.

§. VI. In formando Infinitiu Niphal a 3. sing. m.g. Praeteriti, secundum cap. praec. §. VII. initio prima radicalis, loco

C

schua

schia quiescentis Kamez, et 2da radicalis pro patach, tñere habet. Deinde adhuc praeformatuum He, tanquam character infinitiui, praeponitur, quod per Obsrv. II. §. VIII. pr. c. chateph patach accipit. Sicque esset. לְגַתְּנָה. Verum (α) per Obsrv. III. §. VIII. cit. c. litteram, tanquam character Temporis, excludit Litteram י, tanquam characterem Conjugationis, ejusque, exclusi videlicet Nun, assumit punctum (β) Cum per Observationem ad §. VII. cap. I. Ebraei frustra nihil facile abjiciant, sed Litteram abjectam, saepe ac communiter, per Dagesch forte compensent; hinc quoque exclusa littera Nun, in prima radicali per D.F. compensatur, ut fiat infinitius לְקַטְּנָה. Ab hoc futurum descendit, et quidem (γ) 1 sing. c. g. per praepos. נ, quod hoc loco juxta Obsrv. II. §. VIII. c. pr. saegol specialiter habet. Sic foret לְקַטְּנָה. Sed per Obs. III. §. VIII. cit. c. נ, ceu character Temporis posterioris, excludit litteram He, tanquam character Temporis prioris, hujusque assumit punctum, nisi quod h. l. נ saegol suum retineat, vt sit לְאַנְנָה (δ) 2. sing. m. g. per praepos. נ cum schua et Dagesch Leni, juxta c. pr. §. VI. Not. II. et §. VIII. Obs. II. Sic esset לְחַטְּבָה. Verum per modo citati cap. §. VIII. Obs. III. littera נ, tanquam character Temporis posterioris, expellit He, tanquam characterem Temporis prioris, ejusque, exclusi scilicet litterae He, assumit punctum, vt fiat לְקַטְּנָה (γ) 2. sing. f. g. per praepos. נ cum schua et D. L. ac adpositum afform. ו. Sic foret לְקַטְּנָה. Sed (α) littera נ, tanquam character Temporis posterioris, extrudit נ, tanquam etc. Vide Obsrv. III. §. VIII. capit. praecc. (β) per cit. c. §. VI. Not. IV. ob afform. ו. vocalis sub secunda radicali mutatur in schua (γ) juxta cap. I. §. VI. Not. V. vocali longae, Kamez, ante schua methegh adponitur, vt sit קְפִלְיָה (δ) 3. sing. m. g. per praepos. Jod cum schua. Sic esset לְחַטְּבָה. Verum

Verum excludit ה hujusque assumit punctum, vt fiat ל ⁽⁵⁾
 $3.$ sing. f. g. vti $2.$ sing. m. g. Vide §phi hujus num. $2.$ (6) $1.$ plur. c.
 $g.$ pariter sicuti $2.$ sing. m. g. in numero 2 do, praeterquam quod
Infinitiu ל ⁽⁷⁾, non ה , sed littera Nun praefigatur. (7) $2.$ plur.
m. g. per praepos. ה cum schua & Dag. Leni, ac adpos. afform.
 ה . Sic foret ה ⁽⁸⁾. Sed (α) littera ה , tanquam character Temporis posterioris, excludit litteram He, tanquam characterem Temporis prioris, hujusque assumit punctum (β) per cap. I. §. VI. Not. IV. ob affor. vocalis sub 2 da rad. mutatur in schua (γ) per cit. c. §. VI. Not. V. vocali longae, Kamez, ante schua accentus Euphonius adponitur, vt sit ל ⁽⁹⁾ (8) $2.$ plur. f. g. per praepos. ה cum punctuatione in Tempore hoc consueta, & adpos. afform. ה . Sic esset ה ⁽¹⁰⁾. Verum (α) ה expellit ה , ejusque assumit punctum (β) tertia radicalis, juxta c. pr. §. VI. Not. I. schua expressum impetrat, vt fiat ה ⁽¹¹⁾ (9) $3.$ plur. m. g. per praepos. Jod schuatum, et adpos. afformatiuum ה , ea prorsus ratione, qua praecedenti numero $2.$ 2 da plur. m. g. ab Infinitiu formata est, (10) $3.$ plur. f. g. quae cum 2 da plurali fem. gen. prorsus coincidit, adeoque ad modum, quem num. 8. §. hujus ostendimus, formatur.

§. VII. Imperatiuus Conj. Niphal, per c. pr. §. IX. a Futuro sic formatur, vt pro praeformatio ה , He Infinitiu, in Futuro expulsum, repetatur. Hinc a $2.$ sing. m. g. *Futuri* ל ⁽¹²⁾. fit $2.$ sing. m. g. *Imperatiu* ל ⁽¹³⁾, a $2.$ sing. f. g. *Futuri* ל ⁽¹⁴⁾, fit $2.$ sing. f. g. *Imperatiu* ל ⁽¹⁵⁾ etc. Participium juxta finem §. IX. cit. c. a Praeterito, seu $3.$ sing. masculina Praeteriti, per unicum Kamez sub 2 da radicali differt, estque propterea ג ⁽¹⁶⁾.

§. VIII. Tertia sing. m. g. Praeteriti Piel, formatur, juxta c. pr. §. V. a datis tribus litteris radicalibus, per certum character-

rem, & propriam punctuationis formam. Chara^cter, vt docet §. III.
cap. I. est Dagesch forte, mediae litterae radicali imprimendum.
Propriam punctuationis formam haurire licet ex nomine *Piel*, vtpote quod haud obscure indigitat, primae radicali chirec parvum, & 2dae radicali Tsere substernendum esse. Habes proinde tertiam masculinam נָקַת. Ab hac enascitur (1) 3.sing.f.g. per adpos. afform. הָ. Sic foret נָקַת. Sed ob afform. הָ per capit. praec. §. VI. Not. IV. vocalis sub 2da radic. corripitur in schua, vt sit נָקָה. (2) 2.sing.m.g. per adpos. a fine הָ. Sic esset נָקָה. Verum (2) per cap. praec. §. VI. not. III. persona haec 2da, vna cum subinsequentibus omnibus, vtriusque generis ac numeri, sub 2da radicali, patach suum reassumit (3) per cap. praec. §. VI. Not. I. et II. littera הָ schua expressum, et afform. הָ Dag. L. accipit, vt fiat נָקַת. Atqui eadem ratione a נָקַת. formantur mediantibus afformatiuis suis personae reliquae, excepta tertia plur. com. generis, in qua ob afformatiuum הָ, per satis jam notam regulam, capite precedenti §. VI. Not. IV. a nobis allegatam, vocalis sub 2da radicali conuertitur in schua.

§. IX. Infinitius fit a Praeterito, ita, vt secundum capit. praec. §. VII. prima radicalis, chirec suum parvum in Patach mutet, estque נָקַת. Ab infinitiuo hoc Futurum prouenit, et quidem (1) 1.sing.c.g. per praepos. נָ, quod per cap. praec. §. VIII. Obs. II. chateph patach habet, vt sit נָקָה (2) 2.sing.m.g. per praepos. נָ cum schua et D. L. juxta cap. praec. §. VIII. Obs. II. et §. VI. Not. II. vt fiat נָקַת (3) sing.f.g. per praeform. הָ et afform. הָ, ob quod ultimum vi §. VI. Not. IV. c. I. vocalis sub 2da radicali in schuaabit, vt sit נָקַת. Atqui sic quoque reliquae personae Futuri formantur, obseruatis iis, quae hactenus iam, ad nauseam vs- que,

que, inculcata sunt. Si Imperatiuum a Futuro formare cupis,
n praeformatiuum Futuri saltem, secundum cap. praec. §. IX.
tolle, et habes, quod vis. E.g. 2. sing. m. g. *Futuri* est, vii vidi-
mus, לְבָקָר. Tolle praeformatiuum n, et habes 2dam sing. m.
g. *Imperatiui* לְבָקָר. Secunda sing. fem. gen. *Futuri* erat לְבָקָר. Au-
fer praeformatiuum n, et habes 2dam sing. fem. g. *Imperatiui*
לְבָקָר etc. Participium oritur ab Infinitiuo, quando huic, jux-
ta cap. praec. §. IX. ḥ praefigitur, quod per cit. c. §. VIII. Obs. II. ha-
bet schua, ordinarium praeformatiuarum seruiliū punctū,
estque לְבָקָר.

§. X. Tertia sing. m. g. Praeteriti Pyal, formatur juxta c. I. §.
V. a datis tribus litteris radicalibus, per certum characterem, et
propriam punctuationis formam. Character prout ex cit. c. §. III.
liquet, est D. F. mediae radicali impressum. Propriam pun-
ctionis formam dat nomen Py-al, monstrans vocalibus suis,
primaे radicali Kybbuz, ac 2dae radicali patach subjici debere.
En itaque tertiam sing. m. g. לְבָקָר. Ab hac descendit (1)
3. sing. f. g. per adpos. afformat. הַבָּקָר. Sic esset לְבָקָר. Sed patach
sub ḥ ob afform. הַ, per cap. praec. §. VI. Not. IV. in schua muta-
tur, ut fiat לְבָקָר (2) 2. sing. m. g. per adpositum a fine הַ. Sic fo-
ret לְבָקָר. Verum (α) tercia radic. mobilis, vocali destituta, schua
expressum sortitur. (β) Afformatio n, post schua quiescens
D. L. imprimitur, juxta cap. praec. §. VI. Not. I. et II. vt sit לְבָקָר.
Haeque, quas modo in §. hoc X. ac in antecedentibus saepissime
citauiimus, regulæ, si probe obseruentur, reliquæ per-
sonæ Praeteriti Pyal, sine difficultate omni, vel ex tempore,
formari poterunt.

§. XI. Cum per capit. praec. §. VII. Infinitiuus Pyal, prorsus

cum tertia sing. masculina Praeteriti conueniat, erit ille נְתָרָה. A quo Futurum sit, et quidem (1) 1. sing. c. g. per praepos. נ cum chateph patach, secundum capit. praeced. §. VIII. *Obseru. II.* vt sit נְתָרָה (2) 2. sing. m. g. per praepos. נ cum schua & D. L. sicque est נְתָרָה. (3) 2. sing. f. g. per praeform. נ et afformat. . Sic foret נְתָרָה. Verum, patach sub ו juxta cap. praec. §. VI. *Not. IV.* ob afform. . in schua mutato, est נְתָרָה. Personae reliquae formantur aequa facile. Imperatiuo Conjugatio Pyal caret, sicuti c. pr. §. IV. monuimus. Participium Infinitiuo praemittit נ cum schua, estque נְתָרָה. *Conf. cap. praec. §. IX. et VIII. Obseru. II.*

§. XII. Tertia sing. m. g. Praeteriti Hiphil, formatur juxta c. I. §. V. a tribus radicalibus, per certum characterem, et propriam punctuationis formam. Character, vti §. III. cit. c. docetur, existit He, ab initio praepositum. Propriam punctuationis formam pete ex nomine *Hiph-il*, vtpote quod ostendit, praeformatum He, chirec paruum sequente schua quiescente, ac 2da radic. chirec magnum accipere debere. Est itaque tertiā sing. m. g. נְתָרָה. Ab hac gignitur (1) 3. sing. f. g. per adpos. a fine נ, ob quod chires magnum sub 2da radicali non corripitur in schua, per c. pr. §. VI. *Not. IV.* adeoque venit נְתָרָה (2) 2. sing. m. g. per adpos. afform. נ. Sic foret נְתָרָה. Verum (ω) in Conjugatione Hiphil quoque, persona haec 2da cum subinsequentiibus omnibus, praeter NB. tertiam plur. com. generis, quae chires magnum retinet, vtriusque generis ac numeri, patach suum sub 2da radicali reassumit, per cit. c. §. VI. *Not. III.* (β) tertia radic. mobilis schua expressum, afform. נ vero D. L. accipit, per ej. §. VI. *Not. I. et II.* vt fiat נְתָרָה. In formandis reliquis personis Praeteriti, inoffenso jam progredi potes pede. Inculcamus tamen adhuc

adhuc, chirec magnum, quia vocalis impura exsistit, per capit. praec. §. VI. Not. IV. neque ob afform. י in tertia plur. com. gen. mutari, utpote quae persona tertia plur. c. g. quoque, ceu modo monuimus, chirec magnum sub 2da rad. retinet, ut sit חִירֵךְ.

§. XIII. Infinitius secundum §. VII. cap. praec. a Praetrito, per patach saltem sub praefor. He, differt, estque ea propter חַטָּף. Ab hoc jam Futurum deriuatur, et quidem (1) 1. sing. c. g. per praepos. נ. cum chateph patach. Sic esset חַטָּף. Verum, juxta cap. praec. §. VIII. Obs. III. littera נ, tanquam character Temporis posterioris, expellit He, characterem Temporis prioris, ejusque, exclusi nimirum He, assumit punctum, ut fiat חַטָּף (2) 2. sing. m. g. per praepos. נ, cum communi ac consueta punctuatione sua, schua nempe & Dag. Leni. Sic foret חַטָּף. Sed נ extrudit He, ejusque recipit punctum, ut fiat חַטָּף. (3) 2. sing. f. g. per praeform. ה, et afform. ו. Sic esset חַטָּף. Verum נ expellit He, ejusque assumit punctum. Cumque ob Syllabas afformatiuas Futurorum י et ו. in Conj. Hiphil per cap. praec. §. VI. Not. IV. nulla suscipiatur vocalis, sub 2da radic. existentis, mutatio, est חַטָּף. Circa reliquas personas formandas, nihil amplius monendum venit, quam quod in 2da et tertia plurali fem. gen. sub 2da radicali, pro chirec magno, per euphoniam vocalium alternationem, tsere exsistat, e. c. חַטָּף בְּהָבֶד. Imperatiuum a Futuro formaturus, repete duntaxat, juxta cap. praec. §. IX. pro praeform. ה, He Infinitiui, in Futuro expulsum, et Imperatiuum jam formasti v. c. 2. sing. m. g. *Futuri* est, vti vidimus חַטָּף. Secunda Sing. m. g. *Imperatiui*, est חַטָּף vel חַטָּף. Secunda sing. f. g. *Futuri* erat חַטָּף. Secunda singul. f. g. *Imperatiui*, exsistit חַטָּף etc. Participium Infinitiuo

finitiuo praemittit **ו** cum schua. Sic eset מְהֻקְטִיל. Verum litera **ו** extrudit He, ejusque assumit punctum, per cap. praec. §. VIII. Obs. III. ut fiat מְקַטֵּיל.

§. XIV. Tertia sing. m. g. Praeteriti Hophal formatur, secundum cap. praec. §. V. a tribus radicalibus, per certum characterem, & propriam punctuationis formam. Character, veluti ostendit cap. praec. §. III, exsistit He, ab initio praefixum. Propriam punctuationis formam, nomen *Hoph-al* vocalibus suis fistit, clareque satis docet, praiform. He Kamez chatuph, sequente schua quiescente, et 2 dae radicali patach substernendum esse. Est ergo 3, sing. m. g. הָקְטִיל. Ab hac enascitur (1) 3. sing. f. g. per adpositum afform. הָ, ob quod, per cap. praec. §. VI. Not. IV. vocalis sub 2 da radic. in schua mutatur, vt sit הָקְטִיל (2) 2. sing. m. g. per adpos. afform. הָ. Ita foret הָקְטִיל. Sed juxta capit. praec. §. VI. Not. Let II. ה schua expressum; ה autem D. L. accipit, ut fiat הָקְטִיל. Perloneae, quae restant, adiectis a fine adjiciendis, eodem, ac priores, formantur modo,

§. XV. Infinitiuus Hophal, cum tertia sing. m. g. Praeteriti prorsus coincidit. Conf. §. VII. cap. praec. circa finem. Hinc ille est הָקְטִיל. Ab hoc Futurum exsurgit, et quidem (1) 1. sing. c. g. per praepos. ה, cum chateph patach, per cap. praec. §. VIII. Obs. II. Sic eset אָחָקְטִיל. Sed ה, tanquam character Temporis posterioris, expellit He, characterem Temporis prioris, ejusque assumit punctum, juxta cap. praec. §. VIII. Obs. III. ut fiat אָקְטִיל (2) 2. sing. m. g. per praepos. ה, cum punctuatione ordinaria. Sic foret אָחָקְטִיל. Verum extrudit He, ejusque assumit punctum, ut sit אָקְטִיל. (3) 2. sing. f. g. per praefor. ה, et afformat. ה. Sic eset אָקְטִיל. Sed (α) ה expellit He, ejusque etc. (β) ob afform. ה. vocalis

calis sub 2da radic. per capit. praec. §. VI. Not. IV. in schua corripitur, adeoque est חַקְלָה. Plura non adjicimus, quia reliquarum personarum formatio ignota nobis amplius esse nequit. Imperatiuo Conjugatio Hophal caret, ceu monuimus cap. praec. §. IV. Participium infinitiuo praemittit ו, quod He Infinitui expellit, quo facto, ac 2da radicali praeterea secundum capit. praeced. §. IX. Kamez notata, pro לְ מִקְרָב venit מִקְטָל.

§. XVI. Tertia sing. m. g. Praeteriti Hithpael, formatur juxta cap. praec. §. V. a tribus radicalibus, per certum characterem, et propriam punctuationis formam. Character, prout cap. praec. §. III. tradimus, geminus existit, scilicet partim D. F. mediae radicali imprimendum, partim syllaba praeformatiua הַתְּ. Propriam punctuationis formam haurire potes ex nomine *Hith-pa-el*, quod primae radicali dat patach; 2dae radicali contra Tsere. Habes proinde terriam sing. m. g. חַקְלָה. Ab hac originem dicit (1) ז. sing. f. g. per adpos. a fine הַ. Sic foret חַקְלָה. Verum ob ו. per cap. praec. §. VI. Not. IV. vocalis sub 2da radicali corripitur in schua, ut sit חַקְלָה (2) ז. sing. m. g. per additum afform. וְ. Sic esset חַקְלָה. Verum (α) per cap. praec. §. VI. Not. III. persona haec 2da, cum subinsequentibus omnibus, utriusque generis ac numeri, patach suum sub 2da radicali reassumit. (β) per capit. cit. §. VI. Not. I. et II. tertia ל schua expressum; afformatum ו autem D. L. recipit, ut fiat חַקְלָה. In formandis personis reliquis similiter procede.

§. XVII. Infinitiuus Hithpael, secundum cap. praec. §. VII. idem est ac tertia sing. m. g. Praeteriti, nimirum חַקְלָה. Huic Futurum natales suos debet, et quidem (1) ז. sing. c. g. quando praeponitur ו, quod h. l. per capit. cit. §. VIII. Obs. II. saegol

D

accipit.

accipit. Sic esset ^{תְּהִקְפָּלָה}. Sed per *Obs. III. §. VIII.* cap. praec. ^א, tanquam character Temporis posterioris, expellit He, primam characteris ^{הַ} litteram, ejusque cum assumere deberet punctum, saepe suum specialiter retinet, ut fiat ^{אַתְּקָפָלָה} (2) 2. *sing. m. g. per praepos. ה* cum schwa & D. L. juxta cap. praec. §. *VI. Not. II. et §. VIII. Obs. II.* Sic foret ^{תְּהִקְפָּלָה}. Verum per cap. citat. §. *VIII. Obs. III.* ^ה expellit He, ejusque assumit punctum, ut sit ^{תְּהִקְפָּלָה} (3) 2. *sing. f. g. per praefor. ה* cum punctuatione con-
sueta, et afform. ^ו. Sic esset ^{תְּהִקְפָּלָה}. Sed (α) ^ה extrudit He, ac
ejus recipit punctum, juxta cap. I. §. *VIII. Obs. III. (β)* ob afform. ^ו.
per cap. praec. §. *VI. Not. IV.* vocalis sub 2 da radicali conuer-
tur in schwa, ut fiat ^{תְּהִקְפָּלָה}. Eundem in residuarum persona-
rum formatione serua tenorem.

§. XVIII. Imperatiuus Conjug. Hithpael, per cap. praec. §. *IX.* a Futuro sic generatur, ut pro praeform. ^ה, He infinitiu, in Futuro expulsum, repetatur. Hinc a 2. sing. m. g. *Futuri* ^{תְּהִקְפָּלָה}, fit 2. sing. m. g. *Imperatiui* ^{תְּהִקְפָּלָה}. A. 2. sing. f. g. *Futuri* ^{תְּהִקְפָּלָה}, oritur 2 sing. f. g. *Imperatiui* ^{תְּהִקְפָּלָה} etc. Participium Infinitiuo praemittit ^ב, quod He, primam characteris ^{הַ} litteram, per cap. praeced. §. *VIII. Obs. III.* extrudit, qua mutatio-
ne facta, loco ^{מִתְּהִקְפָּלָה}, legitur ^{מִתְּהִקְפָּלָה}.

§. XIX. Atqui sic ipso opere, veluti in tabula, perspicue satis ac sufficienter, quod spero, monstravi, qua ratione, ex praceptis antea jactis, Verbi Ebraei formatio institui et queat, et debeat. Hocque facto, ad partem posteriorem, formatio-
nem nempe nominum a verbis suis, pedem nunc promoueo
et transco?

PARS POSTERIOR.

DE

Formatione nominum a verbis suis.

CAPVT I.

Nomina nuda sistens.

§. I.

RAtione formae, nomen vel est nudum, vel auctum. Nomen nudum, ex Conjugationibus Kal et Piel potissimum deriuatum, nuncupatur, quod ex solis litteris radicalibus constat, sic ut puncta radicis solummodo mutata sint. Nomen auctum, ex quacunque Conjugatione deriuandum, e contrario appellatur, quod praeter litteras radicales, unam, vel plures etiam, ex litteris seruilibus essentialibus האמניר adjectas habet, a quibus propterea quoque Heemanticum audit.

§. II. Duo hic quam diligentissime notanda statim veniunt. (1) Quod, quia litteris radicalibus una pluresue ex seruilibus essentialibus, vel a fine tantum, vel vnicce ab initio, vel utrinque, tam a fine, quam ab initio, addi possunt, nomina aucta, aut heemanica, inde triplicia fiant (α) a fine aucta, quando ad litteras radicales una pluresue seruiles esentiales a fine accesserunt (β) ab initio aucta, quando incrementum litteris radicalibus praepositum deprehenditur, et (γ) utrinque aucta, quando litterae seruiles esentiales a capite et calce radicalibus sunt apposita. (II.) Quod litterae radicales, dum ab iis nomina aucta mediantibus seruilibus essentialibus formantur, easdem prorsus seruent anomalias, quas inter conjugandum habent ac pariunt, ex quo egregia aliqua formationis nominum

D 2

a ver-

a verbis suis elucēscit utilitas, in eo consistens, quod Anomaliae Ebraicae linguam sanctam addiscetibus eo firmius imprimantur, quo frequentius istae in formandis nominibus a verbis suis recurrunt ac obueniunt.

§. III. Prompte proinde formaturus nomina a verbis suis, doctrinam de anomaliis, in lingua sacra usitatis, diligenter addiscat, ac postea principaliores usitatoresque quorumvis nominum formas familiares ac notas sibi reddat. Prius Grammatica docet; posterius vero praesens suppeditabit opusculum. En ergo palmarias nominum, et in hoc quidem capite, nominum nudorum formas, secundum Conjugationum ac vocalium ordinem. Forma

I. דְבָר Verbum. Formae hujus inter alias sunt voces, סְנָגִים sanguis, מֶלֶךְ coelum, אֲבָת Pater, אַנְגָּלָה angustia, מַרְאֵה mons, et אֶחָד unus. Nam a radice arabica, sanguinem de se emisit, cruento affectus est, ad formam דְבָר esset דְבָר, vel, quia in linguis Orientalibus litterae מְרָא, juxta WASMUTHI Reg. XXXI. frequentissime pro se inuicem alternant, מְרָא. Verum tertia radicalis He, quod ex praxi perquam diligentissime obseruetur, etiam si non crescat, in formatione nominum a verbis suis saepissime cum puncto praecedaneo abjicitur, sic est בְּרָא. A radice arab. מְמָא altum fuit, ad formam דְבָר, foret singularis inusitatus מְמָא, vel, quia per regulam modo citamat, בְּ וְ et נְ non raro permutantur, מְמָא. Sed accidente a fine terminacione duali בְּרָא, tertia radicalis He crescens per WASM. Reg. XXXIV. m. I. lit. β. cum puncto praecedaneo abjicitur, sic que sit מְמָא. Quod vero nomen hoc neque ex שְׁמָא et בְּרָא, neque ex בְּרָא et שְׁמָא composita existat, manifeste euici in

Disser-

Dissertatione mea, cui titulus: חַרְיוֹם גִּלְעָד ex versu primo pri-
mi capititis *Geneseos*, pagina 11. A radice אֶבֶן dilexit, ad formam
ךְּבָרֶךְ, esset אֶבֶן. Ast tertia He, etiam si a fine non crescat,
abjecta, manet אֶבֶן. A radice צָרֵךְ angustare, ad formam צָרֶךְ,
foret צָרֶךְ. Verum media Vau abjicitur, ac ea pereunte, pe-
rit quoque vocalis praecedens, per WASM. Reg. XIV. m.
III. et Reg. XXXVI. m. I. ut oriatur צָרֶךְ. A radice חַרְרָה molestia
affecit, abhorruit, ad formam חַרְרָה, esset חַרְרָה. Sed per WAS-
MVTHI Reg. XLII. m. I. media radicalis geminata abjicitur,
et punctum ejus ad primam rejicitur, cuius punctum perit,
quo ipso vocabulum חַרְרָה emergit. Ceterum, ad vocem אֶחָד
quod attinet, in ea juxta WASMVTHI Reg. XLIV. lit. a.
sub n pro Kametz euphonice alternat saegol. Vocibus hisce
adde adhuc vocabulum חַרְרָה afflictus, pauper, in quo tertia ra-
dicalis He per WASM. Reg. XXXI. in cognatum Vau abiit.

II. פְּנַיְתְּ Senex. Ad formam hanc praeter nomina alia deritiuntur (a)
נְפִירְגָּרְנִינָּס Peregrinus, media radicali Vau cum puncto praecedaneo
abjecta. (b) לְבָרְגָּרְנִינָּס cor (γ) מְגָרָא graria, media radicali geminata utro-
bique, ab- et vocali ejus ad primam radicalem rejecta.

III. קְצָרְמִיס Messis. Hacque mediante ab שְׁרָא citra dubium oritur
vox שְׁרָא ciuitas. Enim uero a radice שְׁרָא ad formam קְצָרְמִיס, es-
set שְׁרָא. Sed media rad. Vau abjicitur, & pereunte littera pe-
rit punctum praecedens, juxta WASM. Reg. XIV. m. III. et
Reg. XXXVI. sicque manet שְׁרָא.

IV. כְּבָרְגָּוְרִיל Gloria, ad quam a radice טָבוֹן, per modo citatas regu-
las descendit adiectivum טָבוֹן bonus. Prouenit quoque ex illa
a radic. טָנוֹן sustentauit, substantiuum טָנוֹן Dominus. Atque
ab hoc et inusitato טָנוֹן ens, radicis טָנוֹן fuit, pro quo NB. lit-
teris

teris transpositis, frequentius נָא scribitur, compositum esse fertur nomen diuinum יְהֹוָה DEVS, quasi Dominum, vel Sustentatorem, columnen aut basin cuiuscunque entis, in hoc universo existentis, dixeris.

V. יְרֵחַ Vrta. Huc spectant vocabula, אֶרְךָ rupes, a radice אֶרְךָ. media Vau cum puncto praecedaneo abjecta, et מִצְחָה fuscum, a radice מִצְחָה, media geminata abjecta, et vocali ejus ad primam radicalem rejecta. Sed quoque formae hujus esse videtur vox יְרֵחַ ulua, gramen, radicis מִצְחָה, tertia He non crescente per Apocopen a fine resecta. Confer. WASM. Reg. XXXIII. Annot. I.

VI. יְרֵחַ ager. Factum hinc est nomen יְרֵחַ vanitas, utpote in quo per WASM. Reg. XLIV. Lit. λ. sub Vau, schua simplex pro Saegol euphonice alternat. Sique נָא os, staret pro יְרֵחַ, ut vult B. D. DANZIUS in paradigmatis nominum pag. 3. pariter ortum suum ad formam יְרֵחַ vox ista traheret, sic, ut media Vau cum puncto praecedaneo sit abjecta.

VII. בְּנֵי bitumen. A radicibus בְּנֵי et בְּנָשׁ, ad formam hanc componuntur nomina בְּנֵי filius, ac בְּנָה nomen. Habemus vero loco בְּנֵי, בְּנָה, ac pro בְּנֵי, בְּנָה, quia tertia He, etiam si non creuerit a fine, cum puncto praecedaneo est abjecta. Ad formam hanc construitur etiam vox בְּנֵי duo. Nam a radice בְּנָה, esset בְּנֵי. Verum accidente terminacione duali בְּנֵי, tertia radic. He crescens per WASM. Reg. XXXIV. m. I. lit. β. cum puncto praecedaneo abjicitur, simulque tseré sub וּ juxta citati auctoris Reg. XLVI. m. III. num. 2. in schua mutatur, proindeque existit בְּנֵי duo, a quo, quod obiter hic notamus, fit femininum בְּנֵי, inserto נ signo feminino, quod patach

patach ex terminatione duali assunit, ita, ut tunc Nun, vocali destitutum, accipiat schua, et ex concursu duorum schuajim, prius in chirec breue mutetur, sicque esse deberet מְנֻן. Postquam autem postea Nun e medio vocis per Syncopen est concisum, praecedens chirec breue sub ו periit, priusque schua rediit, ut, Dagesch Forti ad compensationem abjecti Nun, litterae ה specialiter, sine omni tamen effectu, impresso, habeamus מְנֻן.

VIII. הַבָּל orbis, cuius formae מְנֻנָּה concupiscentia, מְנֻנָּה elatio, aliaeque his similes existunt. Quando enim tertia He non crescens manet, ut plurimum ac communiter saegol sibi praemittit. Referri huc commode etiam posset nomen מְנֻן, alius, alter, utpote in quo sub ו, patach euphonice pro tsere alternare videtur.

IX. אֲפִידָר aniculum.

X. אֲבָרָס praeface.

XI. סָפֵר liber, recensio. Pertinent huc nomina אַפְּטָה peccatum, et נְרָדָה Nardus, in quibus schua simplex sub secunda radicali euphonice pro saegol alternat. Vide WASM. Reg. XLIV. lit. A. et de: sub ו in voce secunda Reg. II. m. I. lit. V.

XII. קְרִיטָר famus. Ad formam hanc a radice תְּלִשָּׁה tranquillus fuit, descendit nomen תְּלִשָּׁי, tranquillator, pacificator.

XIII. שְׂפֵר buccina.

XIV. שְׂזִיר vitis nobilior. Cum per ea, quae modo monuimus, tertia radicalis He communiter ac ut plurimum saegol sibi praemittrat, in voce רְשָׁעָה, pastor, quae formae מְנֻנָּה existit, pro tsere sub ו saegol habemus.

XV. אֲוֹכִיל cibus.

XVI. שְׁמַרְתָּךְ sanctitas. Ab hac formā descendunt (α) voces טְהֹרָה veritas, et טְהֹרָה splendor, ita, vt in priori sub ω schua pro euphonice alternet, et sub ω schua, in fine vocis alias subintellegendum, expressum sit, quia littera penultima jam habet schua; in posteriori autem unice sub ς pro saegol occurrat patach euphonicum. Conf. hic WASM. Reg. II. m. I. lit. γ. et Reg. XLIV. lit. §. ac λ. (β) nomina ista, in quibus tertia He, etiam si a fine non crescat, cum puncto praecedaneo est abjecta, vt sunt, אֶתְזָה signum, מִצְרָי dies, נְבָבָלָע bubalus, ac alia. (γ) vocabula תְּוֻחָה וּבְזָבָח, quae tertiam radicalem He in cognatum Vau, quod in Schurek quiescit, mutarunt, secundum ea, quae hac de re docet B. WASMVTH. Reg. XXXI, Ebraismi sui restituti.

XVII. שְׁמַבָּד organum musicum.

XVIII. מֶלֶךְ Rex. Si vox אֵין vallis, ad formam hanc exigi debat, mea quidem sententia, id aliter fieri nequit, quam vt dicatur, pro saegol initio sub ς per euphonicam punctorum alternationem venisse schua simplex, ac postea litteram Jod saegol suum juxta WASM. Reg. XXXI. m. III. ad praecedens Gimel schuatum rejecisse, inque ea explicite, i. e. ita, ut manserit, quiescere, sive pro נְאָז factum esse נְאָז. NB. Ad formam hanc optime referuntur nomina ista, in quibus per WASMVTHI Reg. XLIV. lit. §. ante gutturales γ et η, sub secunda radicali, patach pro saegol alternat, veluti עֲזָבָן quae stus, עֲמָלָק Lachryma, עֲרָבָן Semen, מְלָחָן Sal, קְרָמָה Farina etc.

XIX. בֵּית domus, בֵּין vinum, בֵּית olea etc.

XX. בְּנֵי dominus, בְּנֵי לְהֹבָן item לְהֹטָם flamma.

XXI. בְּנֵי scripture. Tria potissimum hic notamus nomina.

Initio

Initio nomen **רְנֵה coturnix**, cum quo vox **רְנֵה hyems** coincidit, quod ita a radice **רָנַה** formatur, ut tertia He in cognatum Vau transeat, secundum WASM. Reg. XXXI. Deinde nomen **רְנֵה princeps**, a radice **רָנַה** descendens. Ad formam modo dictam esset **רְנִיָּה**. Verum media Vau abjicitur, dumque pereunte littera, punctum praecedens quoque perit, fit **רְנִיָּה**. Tandem nomen **מַיִם aqua**, radicis **מַחְמַת** descendit. Ab hac ad formam **מַחְמַת**, foret **מַחְמַת**. Ast littera **בָּ** per WASM. Reg. XXXI. m. III. rejicit vocalem suam ad praecedentem schuatam, sic ut implicite, h. e. ita, vt ipsa abjecta sit, quiescat, indeque oritur singularis inusitatus **מַחְמַת**. Porro, terminatione duali **מַחְמַת** accidente, tertia He crescens juxta citati auctoris Reg. XXXIV. m. I. lit. β. cum puncto praecedaneo abjicitur, vt fiat **מַחְמַת**.

XXII. **רְנֵה venter, ingluvies.** Obtinet forma ista (α) in nomine diuino **אֱלֹה DEVS**, radicis **אֱלֹה fortis fuit**, ceu pluribus in Dissertatione mea Philologica in Exodi capitilis Sexti versum tertium, pag. 7. docui. Enimuero littera Jod per saepius jam citatam Reg. XXXI. m. III. WASMVTHI, tsere suum ad praecedentem schuatam rejicit, inque eo implicite quiescit. (β) In adjectiuo **רְנֵה tranquillus**, sic, ut tertia He in cognatum Vau transierit. (γ) In vocabulo **רְנֵה peregrinus**, radicis **רָנַה**, ubi media Vau cum puncto praecedaneo est abjecta. (δ) In vocibus **רְנֵה scientia**, et **רְנֵה arbor**, in quarum priori prima radicalis **Jod Schuata**, accidente insuper per WASMVTHI Reg. II. m. I. lit. β. sub **רְנֵה patach furtiuo**; in posteriori vero prima radicalis **Nun Schuata** est abjecta. Vide citati auctoris Reg. XXXVII. m. I. et Reg. XXXVIII. (ε) in sub-

stantius **לְעֵמֶר** *umbra* ex **לְעֵלָה**, et **וּנְ** *ignis* ab **וּנְ**, utpote in quibus media radicalis geminata abjecta, et punctum ejus ad primam radicalem rejectum est, juxta WASM. Reg. XLI. m. I.

XXIII. לְעֵלָה ulcus, apostema. Vi formae hujus a radice **לְ**, oritur vox **לְעֵלָה similitudo**, siquidem media radicalis Jod vocalem suam ad praecedentem litteram schuatam rejecit, inquit ea implicite i. e. ita, ut ipsa abjiciatur, quiescit. A radice **וּנְ**, nomen **וּנְ irrigatio**, dum non modo media Vau cum puncto praecedaneo abjecta, sed etiam tertia He per Apocopen resecata est. Conf. WASM. Reg. XXXIII. Annot. I. et Reg. XXXVI. A radice **וּנְ**, Substantiuum **וּנְ canticum**, quia media radicalis Vau cum puncto praecedaneo est abjecta, qua ratione etiam a radice **וּנְ**, vocabulum **וּנְ meditatio**, item frutex, *stirps* prouenit, nisi quod praeterea adhuc per WASMVTHI Reg. II. m. I. lit. B. sub ultima littera **וּ** pro schua subintellecto patach furtiuum acceserit. A radice **וּנְ**, vox **וּנְ insecatio**, prima radicali Nun Schuata juxta WASM. Reg. XXXVIII. abjecta. A radice arabica **וּנְ**, masculinum **וּנְ Vir**, et mediante eo femininum **וּנְ mulier**. Nam ad formam **וּנְ**, esset **וּנְ**, vel ob^g gutturalem, quae pro schua simplici compositum, et ordinarie quidem chateph patach accipit, **וּנְ**. Verum media radicalis geminata per WASMVTHI Reg. XLI. m. I. cum puncto praecedaneo abjicitur, sicque oritur nomen **וּנְ Vir**. A masculino hoc sit femininum, per additam a fine terminationem femininam **וּ**, quemadmodum citatus Auctor docet Reg. XIX. m. IV. quo facto, vox **וּנְ** crescit, et propterea media radicalis geminata abjecta, in tertia per Dagesch Forte est compenſanda,

juxta

juxta WASM. Regulam XLI. m. II. Hactenus itaque foret
 אִישׁהָ. Sed cum porro Dagesch Forte litteris, non nisi post
 vocales breues imprimatur, praecedens vocalis longa muta-
 tur in oppositam breuem, chirec magnum in chirec bre-
 ue, secundum WASM. Reg. VII. m. II. unde tandem fit no-
 men femininum וְרָגָו Virago. Conf. hac de re pluribus Disser-
 tationem meam, quae quatuor Controversias Ebraeo-Cri-
 ticas sistit, *Controversia II.* pag. 5. seqq.

XXIV. סַגְדָּר clausura. Formae hujus inter reliquas sunt voces, אַלְכָּר.
 Deus, נָאָר uter, רֵי atramentum, סָדָר arcanum, נְתָנָא excrementum, et
 saepe occurrens כְּלָב complexus, omnis. A radice arabica חָלָק, ado-
 rauit, coluit; in qua tertia He quoque mobilis existit, foret אַלְ,
 cum mappik in He, quia illud, veluti modo monuimus, in ad-
 ducta radice arabica legitur. Verum (1) gutturalis נ, pro schua
 simplici sumit compositum, et quidem in voce hac chateph
 saegol, per WASM. Reg. XXIX. m. I. n. 2. lit. γ. (2) נ pro
 schua subintelleto post vocalem longam recipit patach fur-
 tiuum, secundum WASM. Reg. II. m. I. lit. β. Legimus ergo
 אַלְ. A verbo נָאָר, eset נָאָר. Sed per WASM. Reg. XXXI.
 m. III. littera נ vocalem suam rejicit ad praecedentem litte-
 ram schuatam, inque ea explicite, i.e. ita, ut ipsa maneat,
 quiescit, vnde habemus נָאָר. A primitivo נָאָר, esse deberet
 נָיָהָ. Ait tertia radicalis He a fine per Apocopen resecatur,
 juxta WASM. Reg. XXXIII. Anuot. I. indeque manet רֵי. A
 themate סָדָר, forer סָדָר. Verum media radicali Vau cum
 puncto praecedaneo abjecta, est סָדָר. A radice נְתָנָא, eset נְתָנָא.
 Quia autem prima radicalis Jod schuata, per WASM. Reg.
 XXXVII. m. I. periit, legitur נְתָנָא. A verbo כְּלָב, dicendum
 fuisset

fuisset נְכָל. Sed media radicalis geminata abjicitur, et punctum ejus ad primam radicalem rejicitur, sicutque exsistit בְּלֵי. XXV. קְבִיל terminus. Obserua hic nomen כְּסֹרֶת tegmen, radicis כְּסֹה, in quo tertia radicalis He juxta WASM. Reg. XXXI. in cognatum Jod transiit. Vocem טַבְּנָה bonitas, ita ex טֻבְּ factam, ut secunda radicalis Vau cum puncto praecedaneo sit abjecta. Vocabulum בְּלֵל prouentus, radicis בְּלֵי, quod primam suam radicalem, Jod schuatum, abjecit. Tritum illud, et passim, in Prophetis praesertim, occurrens אַמְּדָה dielum, in quo unice sub secunda radicali, pro schurek euphonice alternat Kybbutz.

XXVI. שְׁבִיל mel. Spectant hoc non tantum nomen שְׁבִיל languor, radicis רָוָה, utpote in quo tertia radicalis He in cognatum Jod transiit, atque voces, quae medium radicale geminata habent, et in quibus Vau mediaque radicalis geminata cum puncto praecedaneo abjecta sunt, videlicet צְבָר corpus, radicis צְבָה, רָע malum, a verbo רָע acerius ex גְּלֵל, חַרְבָּה hortus radicis חַרְבָּה curuatura, vola manus, a verbo חַפְּצָה etc.; verum etiam vocabulum נַזְבָּן nasus, et נַזְבָּן humerus. Nam prius, quod a radice נַזְבָּן, spirauit, descendit, ad formam נַזְבָּן esse deberet נַזְבָּן, vel, quia, ceu WASMVTHVS Reg. XXIX. et XXX. inculcat, litterae gutturales non schua simplex, sed pro eo compositum semper, ac ordinarie chateph patach, recipiunt, נַזְבָּן. Verum media radicalis Nun per syncopen est concisa, simulque cum ea punctum praecedens periit, ut remanserit saltus נַזְבָּן. Vide B. D. DANZII מִזְרָקְחָן §. 56. m. 1. n. 2. et B. WASMVTHI Ebrais. Restit. Reg. XIV. m. III. Posterius autem vocabulum נַזְבָּן quod concernit,

in

in isto sub euphonice saegol pro patach alternat. NB. Forma
שׁ in nonnullis duplicata deprehenditur, quae tribus litteris radicalibus ordine positis, secundam ac tertiam radicalem geminant, qualia sunt, ארמִים *subrubidus*, הַפְּכָבֵב *versatile*,
לְקָלָקָל *lubricum*, רְקָרְבָּק *subuiridis*, עֲקָלָק *tortuosum* etc.

XXVII. פְּנַבְּבָב *Fur.* Formae hujus sunt voces צָאָל *collum*, quae per WASM. Reg. XVII. נ Epentheticum in medio insertum habet, דְּחָרָה *Dux*, in qua juxta WASM. Reg. VII. m. III. et XLIV. lit. n. (α) ex ה gutturali Dagesch Forte ejectum est (β) sub א pro patach euphonice alterat saegol, vocalem longam valens, quia ejectum D. F. per realem mutationem vocalis breuis in longam, non deprehenditur compensatum, et שְׁעָרָר *desolatus*, a radice עֶרֶד. Cum enim ad formam פְּנַבְּבָב dicendum fuissest WASM. Reg. XLII. n. I. prima radicalis וּ, quae pro Dagesch characteristico iterato post medium geminatam inseritur, ejus, mediae geminatae, vocalem, Kamez scilicet, ipsaque illa, quia vocali hinc destinatur, schua accipit, ut oriatur עַשְׁר, nec non quadrilittera, schua *mus*, רַעַנְןָ *viridis*, ac alia.

XXVIII. חַלְקָה *laevitas*. Eo post quadrilittera סְנֻר *caecitas*, בְּרִידָס *paradisus*, בְּרִיחָם *princeps*, ac alia, referuntur nomina, רַתְגָּעָם *tergum* et טְלִיטָל *migratio*. Ad vocem primam nihil amplius addendum venit, quam quod Dagesch F. ex ה gutturali absque compensatione exciderit, et propterea patach sub נ vocali longam valeat. Posterior vero eadem prorsus ratione formatur, ac proxime praecedens עַשְׁר.

XXIX. לְפִידָה *lampas*, cum qua faciunt quadrilittera זְרוֹזָה *irrigatio*, בְּרִימָל *coccineum*, שְׁרֵבִיט *sceptrum*, ac alia forsitan. Nomen זְרוֹזָה *accin-*

accinctus, autem, a radice יְרֵא, ut proxime praecedens עַשְׂרֵה numeri XXVII. formatur.

XXX. *Cymimum* cum quadrilittero נִירְצָב *nexus*.

XXXI. טְבִיר *umbilicus*, a qua mediante radice עַש construitur pluralis עַשְׂעַשְׂעַשׂ *oblectationes*. Nam ad formam טְבִיר, esset עַשְׂעַשׂ. Sed per WASM. Reg. XLII. n. I. in conjugationibus grauibus aliquando prima radicalis pro Dagesch characteristico post medium geminatam iterato inseritur, quaetunc vocalem mediae geminatae recipit, sic, vt ipsa illa media geminata, quia vocali sua priuata jam exsistit, schua accipiat, indeque jam emerget singularis עַשְׂעַשׂ, aequa ac, simili prorsus modo, a radice פְּנַס, facta est vox פְּקַפּוֹד *lagena*. Porro autem (α) sub priori עַשְׂעַשׂ juxtap. WASM. Reg. XXX. m. I. chateph patach (β) sub posteriori עַשְׂעַשׂ per ejusdem auctoris Reg. II. m. I. lit. β. patach furtiuum accedit, hacque ratione habemus singularem עַשְׂעַשׂ, a quo fit pluralis modo dictus. Huc quoque praeterea pertinent quadrilittera גְּלָמָד *solitarius*, עַבְשָׁזָב *aspis*, ac cetera.

XXXII. פְּנַס *ager*. Componuntur ad illam (α) voces אֶחָד *unus* et אֶחָד *post*, postquam, ita, vt ex פְּנַס, littera indageschabili, Dagesch Forte sit ejectum, et patach sub עַש, propter neglectam compensationem ejecti Dagesch, vocalē longam valeat, quam ob causam etiam in vocibus illis neque accentus tonicus in ultima est, neque patach prius sub עַש in schua mutatur, cum D. F. abjectum includat, adeoque impurum ac immutabile sit. Conf. WASM. Reg. XLV. lit. β. (β) nomina גָּלָגָל *orbis*, a radice גָּלָל, et גְּרָרָר *carduus*, a verbo גָּרָר, eo modo, quo vocabula עַשְׂעַשׂ ac עַשְׂעַשׂ, formata. Vide supra numerum

rum XXVII. et XXXI. (γ) quadrilittera, פְּרַטָּס viride, עֲקָרֶב scorpio, ac reliqua.

XXXIII. בְּכָר rotunditas. Cape hic vocem אַלְפָל umbrösus, cuius formationem ex numero XXVII. et XXXI. petere potes, ac quadrilitterum סְרִבָּר palurus, pluraque forsan ei similia.

XXXIV. וְעַד peruersus. Quodsi quadrilitterum שְׂאֵל pellex, staret pro שְׁלֹמֶן, ad modo appositam formam illud utique constrūctum eset, euphonica quadam vocalium alternatione facta.

XXXV. תְּרִירָה terror.

XXXVI. בְּבוֹר potens, robustus. Post quadrilitterum כֻּלְמָעֵל culmus, cana lini, ad formam praeſentem potissimum obſeruamus nomina עֲרוֹם nudus, et עַיְלָה tranquillatio. In priori Dageſch F. ſaltem juxta WASM. Reg. VII. m. III. ex Relch, aemula litterarum gutturalium, eſt ejectum, et per vocalem longam, tſere, compensatum. Posterius autem a radice וְהַ descen-dit. Ad formam בְּבוֹר, eſet וְהַוְהַ Ast (α) per WASM. Regul.

XXXVI. memb. V. media radicalis Vau abſicetur, propterea que ultima ḥ geminatur, aſſumta vocali abjectae litterae Vau, vt jam ſit בְּחוֹר. Porro (β) per Epenthēſin poſt Nun, littera Jod inſeritur, ac ultima וְ pro ſchwa ſubintellecito accipit partach furtiuum, ſicque fit בְּחוֹר. Conf. adhuc WASM. Reg. II. m. I. lit. β. et Reg. XVII. m. III.

XXXVII. בְּכָר expiatio. Formantur ad hanc voceς פְּרַטָּס subtilitas, minutorum accurata conſideratio, et פְּלַטָּר nutritio, quod ex numero XXVII. et XXXI. replete ac diſce, vna cum ſubſtantiuo פְּתַח teſtorium, radieſ ſתָּס, cuius tertia radicalis He ſecundum WASM. Reg. XXXI. in cognatum Jod abiit.

XXXVIII. סְבִול onus. In voce וּרְקֹודֶר vertex, quae hujus loci est, duplex occurrit irregularitas. Enimuero (α) prima radicalis p, pro Dagesch characteristico, post medium geminata est inserra, et (β) sub prima radicali pro Kybbutz, euphonice alternat Kamez chat. Conf. WASM. Reg. XLII. n. Let. XLIV. lit. x.

XXXIX. סָלֵם scala. Si vox קַלְיָל vivil, loco קַלְקָל foret, ad formam hanc, punctis paulisper mutatis ac transpositis, trahi forsan posset.

Choronidis loco notari hic possunt nomina, quae vel quinque distinctas habere videntur litteras radicales, vel manifeste ex simplicibus sunt composita, inque illis continentur, veluti, פְּתַחְנָן pelvis, אֲרָכָה drachma, אַלְגְּבִּישׁ grando, בְּרַשְׂדָן podex, פְּתַחְנָן exemplar, עֲפָרָע rana, שְׁעַטְנָן heterogeneum, אַבְרָהָם Abraham, ex אָב Pater et רַמְּ excelsus, inserto He, multitudinis nota, ex voce multitude, יִשְׂרָאֵל Israël, quasi victor DEI, ex שְׁרָה principatum gestit, et אלְ דָאָס Immanuel, ex סְמִיכָה cum, affixo נָ, nos, et nomine diuino אלְ דָאָס, עַמְּנָעֵל umbra lethalis, ex simplicibus עַמְּנָעֵל umbra, et מָוֶת mors, quaeque sunt reliqua, ex quibus unum adhuc vide supra in numero IV.

CAPVT II.

Nomina a fine aucta, secundum ordinem litterarum
הַמְּנֻהָה et vocalium, comprehendens.

FOR MA.

I. הַזְּבַח abominatio. Formam istam habent nomina שְׁלָה holocaustum, הַזְּבָחָה error etc. in quibus tertia radicalis He, cum puncto suo praecedaneo, tñere, est abjecta. Commodo quoque ad eam referuntur, quae pro affirmatiuo He, assumunt ח, cum gemino saegol, vti e. g. אָוְמָנָה nutrix. II.

- II. בְּבָשָׂר agna. Cum, ne tractatio mea limites propositos excedat,
arctioribus me constringere debeam Cancillis, in posterum
circa unamquamque formam ea tantum attingam nomina,
quae altioris prae aliis sunt indaginis, peculiaremque consi-
derationem merentur. Et hoc quidem loco obseruo no-
men **תַּיִלְעַי iniquitas**, a radice **לֵעַ**, quod pro **תַּיִלְעַשׁ** stat, et in quo
per WASM. Reg. XXXI. m. I. n. 6. media radicalis Vau, cum
tertia **לֵעַ**, est transposita, nec non voces **עֲבֹרָה mansuetudo**, **תַּיִלְעַשׁ**
tranquillitas, pluresque his similes, quae tertiam radicalem
He crescentem in Vau mutarunt, juxta WASMVTHI Reg.
XXXIV. Annotat. II.
- III. תַּרְבָּח opprobrium. Occurrunt hic vocabula **תַּרְבָּח visio**, **תַּרְבָּח monile**,
תַּרְבָּח nuditas, et **תַּרְבָּח idem ac prius significans**, in quibus
per WASM. modo citatam regulam XXXIV. annot. II. ter-
tia radicalis He crescens in Vau vel Jod abiit.
- IV. תַּרְבָּח ancilla. Formae hujus est vox **תַּרְבָּח psalmodia, cantus**,
pro qua aliquoties **תַּרְבָּח legimus**, quia secundum WASM.
Reg. XXXV. lit. a. afformatiuum **תַּרְבָּח**, He suum interdum in
תַּרְבָּח mutat.
- V. חַכְמָה sapientia. Spectat hoc vocabulum **חַכְמָה cras**, in quo (α)
sub **תַּרְבָּח** pro schua simplici est compositum, et quidem ob
praecedens Kametz chatuph juxta WASM. Reg. XXX. m. I.
chateph Kametz (β) afformatiuum **תַּרְבָּח** per citati auctoris Reg.
XXXV. lit. a. He suum in **תַּרְבָּח** mutavit.
- VI. טְמֵאָה impuritas.
- VII. יְדָקָה Justitia, ac NB. in Piel בְּקָשָׁה quæstio, cum patach, in
quibusdam cum chirec etiam, sub prima radicali, ob Da-
gesch Forte mediae radicali impresum, quod schua, cum
F istud

istud nullum proprie in pronuntiando sonum habeat, adeo-
que litteram duplicare nequeat, non aequa bene ante se pa-
titur. Trahimus huc (α) nomen **וְרַבָּחַ וְשִׁתָּס**, in quo per
WASM. Reg. XLIV. lit. u. pro schua simplici, chatephi Ka-
metz euphonice alternat, et ex Piel ad formam **בְּשִׁבְעָה** voices
חֲרֵבָה siccitas, **פְּרַשָּׁה seccio** etc. utpote in quibus Dagesch F. ex **ר**
excidit, et per **ר** est compensatum, pro quo **ו**, in **בְּחָלָל terror**
לְרָבָה flamma, **נְכֹמָה consolatio**, hisque similibus, euphonice sae-
gol alternat (β) a verbis Lamed He ex Kal **כְּנָנוֹת collegium**, **מִנְהָה portio**, etc. tertia radicali He crescente per WASMV-
THI Reg. XXXIV. Annot. II. in Vau vel Jod mutata; ex
Piel vero **קֶרֶן quercus**, **אַפְּחָה cubitus** etc. Nam e. g. ad formam
טְבֻקָּה a radice **אַמְּה**, eset **אַפְּחָה**. Sed tertia He a fine crescens
abjicitur cum punto praecedaneo, sicque adhuc manet
אַפְּחָה, (γ) a secunda quiescente Vau **בְּמַה excelsum** etc. Enim-
uero ad formam **אַרְקָה** foret, **בְּרַמְּה**. Verum media Vau cum
puncto praecedaneo abjecta fit **בְּמַה** (δ) a secunda geminata
טְבֻקָּה desolatio קָרְבָּה frigus etc. Ad formam **אַפְּחָה** quippe, existi-
stere deberet a radice **שְׁמָם**, **שְׁמַחַת**, ac a verbo **קָרְרָה**. Ast
in priori vocabulo, media radicalis geminata secundum
WASM. Reg. XLI. m. I. et II. cum punto praecedaneo ab-
jicitur, sic vt ista, quia tertia a fine creuit, compensetur per
Dagesch F. vnde Kamez, quoniam Dagesch F. per auctoris
citati Reg. VII. m. II. ordinarie litterae tantum post vocalem
breuem imprimitur, in patach mutatur; in posteriori au-
tem, postquam omnia, quae modo diximus, facta sunt, por-
ro secundum WASM. Reg. VII. m. III. Dagesch F. ex **ר** ejici-
tur, et per Kamez sub prima radicali compensatur, vt ha-
beamus **שְׁפָחָה** et **קָרָה**.

VIII. **combustio**. Indolis hujus ac structurae existunt (α)
voces אַרְבָּה *iinimicitia*, אַיִלָּה *terror*, etc. in quibus media Jod
vocalem suam, tsere, ad praecedentem schuatam rejicit, in-
que ea explicite, i. e. ita, ut ipsa manserit, quiescit (β) a secun-
da quiescente Vau, עֲדָה *testimonium*, עֲרָה *venatio*, עַשְׂרָה *sudor* etc.
quarum modum formandi vide in praecedenti numero VII.
lit. γ. In specie vero de voce הַנֵּזֶר Dissertationem meam con-
fer, quae quatuor Controversias Ebraeo-Criticas sistit, Con-
troversia IV. pag. 9. seq. (γ) A PeJod שְׁמָן *somnus*, עַתְּחָה *scientia*,
לְרֹחֶם *partus* etc. quae omnes juxta WASM. Reg. XXXVII.
m. I. primam suam radicalem Jod schuatam abjecerunt. (δ)
a secunda geminata בְּנֵי *coenum*, בְּנֵי *hortus*, בְּנֵי *rumen*, בְּנֵי *co-
gitatio*, בְּנֵי *sermo*, *verbum*, בְּנֵי *clypeus*, etc. Consule praece-
dentem numerum VII. lit. δ.

IX. **Collectio**, et in Piel נְטָעָה *dominatrix*. Occasione istius
haec praesertim nota nomina, in quibus (α) juxta WASM.
Reg. VII. m. II. chirek magnum, libere ac citra necessitatem,
in chirec breve cum Dagefch Forti, resolutum inuenitur,
quemadmodum קְרָבָה *ignominia*, נְצָקָה *congregatio*, ac alia, sa-
tis ostendunt (β) non modo idem, quod jam diximus, fa-
ctum, verum praeterea quoque per WASM. Reg. XXXIV.
Annot. II. tertia radicalis He crescens in Jod mutata est, velu-
ti docent רְמִיה *dolus*, בְּרַאֲשָׁה *compotatio*, pluraque alia. Quae
enim aut primam radicalem Jod vel Nun, aut medium quie-
scensem habent, veluti בְּרַאֲשָׁה *intelligentia* תְּלִיאָה *exultatio*, ea ad
formam praesentem componuntur facile, collatis regulis,
quae de anomalis his agunt, quasque in antecedentibus
saepissime jam citaui.

X. נְנִיעַם nuntium, et in Piel בְּשָׁרֶרֶת auis, vel etiam cum patach sub prima radicali. Ab hac forma descendunt (α) voces חֲרֵב lu-men, צְבֹא capona, aliaeque, quarum secunda radicalis ex-sistit Vau. Sic e. g. a. radice יְלָא re, pascere, ad formam אַרְצָה, esset חֲרֵב. Sed media Vau cum puncto praecedaneo pereunte, fit חֲרֵב. (β) nomina צְבֹא commotio, מְרֵב amaritudo, pluraque mediaim radicalem geminatam habentia. Scilicet a radice רְמֵד, ad formam foret, מְרוּבָה. Ast (1) media radicalis ge-minata cum puncto praecedaneo abjicitur (2) tertiae radicali ad compensationem mediae abjectae, Dagesch F. im-primitur, quod hoc loco in ḥ etiam manet (3) cholem pri-mae, ob Dagesch F. in Kametz chatuph mutatur, sicque est חֲרֵב. Conf. WASM. Reg. VII. m. II. et XL. I. m. I. et II.

XI. בְּבִירָה fortitudo et in Piel בְּכִירָה vel בְּכִירָה fructus praecox. Huc spectant vocabula חַלְבָּה peculum, חַלְבָּה silentium radicis דָּוָם, כְּפָה tugurium ex סְכָן, aliaque quamplurima ejusdem sortis, quo-rum formationem vt pluribus jam ostendamus, superuaca-neum exsilit. Confer de voce prima capitinis hujus numerum IX. lit. α. de secunda et tertia vero ejusdem capitinis num. VII. lit. γ. et δ.

XII. קָרְטָם Magus.

XIII. מְדֻלָּשׁ nudius tertius. In aprico positum est, quod formae praesentis exsilit vox יוֹם redemptio, ita, vt tertia radicalis He crescens juxta WASM. Reg. XXXIV. Annot. II. in Jod mutata deprehendatur.

XIV. מְלָקָט A fieta hac forma veniunt מְלָקָט Verbum, res, negotium, aliaque ejusdem indolis vocabula.

XV. מְלָקָט Huc praeter alia referendum venit מְלָקָט interdiu, radi-cis,

cis מְמַתָּא. Ad formam foret מְמַתָּא. Ast (α) tertia He cum puncto praecedaneo abjicitur (β) Kamez chatuph sub Jod, tanquam vocalis breuis Syllabae compositae, in simplicem reductae, hoc loco in oppositam longam, cholem nimirum, eleuatur, adeoque est מְמַתָּא. Conf. Axioma secundum Discursus nostri ad WASMVTHI Regulas XLVI. et XLVIII. quod ex SCHVDTII Genio et Indole Linguae Sanctae cap. VII. §. 7. petii, hujusque est tenoris: *Vocalis brevis pura, ob doctrinam scilicet de tribus moris, in Syllaba simplici non potest esse sine tono. Hinc vocalis brevis, tono aut Metheg deffituta, syllabae compositae, in simplicem reductae, eleuatur in cognatam longam, vel Dagesch assumit, aut methegh, vel in schua simplex corripitur.*

XVI. מְלִיחָה Reperitur haec (α) in voce בְּקָרְבָּן vacuum, ubi media Vau cum puncto praecedaneo est abjecta, et praeterea pro chitek magno tñere euphonice alternat. (β) in nominibus מְלִיחָה pedicularum copia, מְלִיחָה gratis, in quibus media radicalis geminata (1) abjecta (2) per Dagelech F. in tertia est compensata, ac (3) propter D. F. chirek longum in breve transiit. Vide regulas, supra num. VII. cap. hujus lit. & citatas.

XVII. מְלִיחָה, a qua, media radicali Vau cum puncto praecedaneo abjecta, oritur vocabulum מְלִיחָה profecto, aliaque huic analoga.

XVIII. מְלִיחָה Retributio, unde, tertia He crescente in Vau mutata, insuperque propter γ gutturalem, pro schua simplici, composito, et quidem, ob praecedens patach, chateph patach praecise, assumto, oritur מְלִיחָה commotio.

XIX. מְלִיחָה Stagnum. Eo inter alia spectant sequentia, ex tertia He, quae, dum creuit, cum puncto praecedaneo est abjecta,

- sub prima radicali, Kametz pro patach, juxta axioma numeri XV. substituto, deriuata nomina, וְשָׁמַע vision, וְשָׁמַר peruersitas, וְשָׁמֵד redemptio, וְשָׁמַע voluntas, et in specie וְשָׁמַע guttur, וְשָׁמַר superbia, וְשָׁמַע gaudium, vtpote quae NB. tertiam potius He, quam medium Vau agnoscunt. Si enim medium radicalem Vau haberent, Kametz sub prima eam abjectam includeret, adeoque impurum ac immutabile foret, cum e contrario ubique, ob statum constructum et affixa, in schua mutatum deprehendatur.
- XX. שְׁמַבֵּן suppeditatio, ratiocinium, ac tertia He crescente in Jod mutata, אֲבִיר pauper, מִדְּבָר meditatio, וְשָׁמַע vision, וְשָׁמַר excelsus etc.
- XXI. קְלָנָה. Formam tales habet vox וְשָׁמַע unguis, stilus, scalprum.
- XXII. כְּרוֹן memoria, et in Piel וְשָׁמַע urtica. Cape jam voces ex tertia He, וְשָׁמַיְוָן assimilatio, כְּרוֹנָה lorica, etc. quarum tamen formatio ex haec tenus dictis, et WASM. Reg. XXXIV. Annot. II. nobis obscura amplius esse nequit.
- XXIII. כְּבָשָׂן fornax. Obserua jam voces וְשָׁמַע structura, וְשָׁמַע posses-
sio, quae tertiam He crescentem in Jod mutarunt.
- XXIV. קְרָבָן oblatio.
- XXV. שְׁלָמָה mensa.
- XXVI. קְפָלָה. Ejusmodi formam postulant nomina וְשָׁמַע solaris, וְשָׁמַע obduratus, quae medium radicalem geminatam habent. Confer capit is hujus num. VII. lit. d.
- XXVII. קְפָלָה. Trahimus huc praesertim vocem וְשָׁמַע Flos, radicis mediae geminatae, cuius formationem hauri ex WASM. Reg. XL I. m. I. et II. ac Reg. VII. m. II.
- XXVIII. בְּרָזֶן pagus, et in Piel וְשָׁמַע requies, vel זְבָרָן memoria. Ex Kal a radice לְלָה deriuatur וְשָׁמַע fenestra. Vide cap. huj. num. VII. lit. d. Ex Piel a Lamed He, tertia He crescente in Jod mutata,

tata, ad formam descendunt **וְרֹא** **וְרֹא** **וְרֹא** **volumen**, **כָּלִיל** **consum-**
tion, **מַנְדִּיתָה** **mundities**, **חֶרְוֹן** **conceptus**, in quo vocabulo ultimo
praeterea Dagesch F. ex **רֵא** **ejectum**, et sub praecedenti littera
per vocalem longam compensatum est.

XXIX. **אַלְמָן**, et a radice **אַל** per WASM. Reg. XXXI. m. III.
אַלְמָן **planities**, **quercus**, nec non, media radicali Vau cum pun-
cto praecedaneo abjecta, **זָרָה** **superbia**.

XXX. **אַלְמָן** **solitudo**. Vox **אַלְמָן** **primus**, quae hujus est loci, ex
WASM. Reg. XXXI. m. III.; masculinum autem **אַבְרָהָם** **appa-**
titus, vnde femininum **אַבְרָהָם** **concupiscentia** emergit, ex Reg.
XXXIV. Annot. II. Reg. VII. m. IV. et Reg. XXIX. m. I. n. I. au-
ctoris citati, facile resolutiur.

XXXI. **אַלְמָן** **Habemus** inde a radice **נָה**, pluralem **נָנָנִים** **scor-**
tationes.

XXXII. **אַתְּרָה** **Corona**. Tangimus hic (α) vocabulum **אַתְּרָה** **aqua-**
rium, **canalis**, **radicis** **אַתְּרָה**, quae tertiam radicalem suam, a fine
crescentem, cum puncto praecedaneo abjecit, (β) nomen
תְּרֵה **quies**, quod medium radicalem Vau habet, et in cuius
formatione (1) media radicalis Vau cum puncto praeceda-
neo est abjecta (2) duplex patach pro duplice saegol eupho-
nica alternat.

XXXIII. **אַבְלָה** **hyacinthus**, vel **אַבְלָה** **vicina**, et in Piel **אַבְלָה** **feruor**,
febris ardens, aut **אַבְלָה** **epistola**. Ab hac a Lamed He descen-
dunt **אַבְלָה** **sex**, **אַבְלָה** **coronamentum**, aliaque similis structurae
nomina. Nam ad formam eset **אַבְלָה** **et** **אַבְלָה**. Sed, tertia
radicali He crescente cum puncto praecedaneo abjecta, tse-
re et saegol pro schua simplici sub prima radicali eupho-
nica alternant, ut habeamus **אַבְלָה** **et** **אַבְלָה**. A Pe Jod oriuntur **אַבְלָה**
ac

ac **תְּשֵׁנָה**. Enim uero ad formam **תְּבִנָה** a radice **עַזָּה**, esset **תְּעַזָּה**, a radice **שָׁאָה** desperauit, animum abjecit, ad formam **תְּכִלָּה**, foret **תְּאַלְמָה**. Ast prima radicali Jod schuata ubique abjicitur, praetereaque in voce prima per WASM. Reg. XLIV. lit. ȝ. pro duplice saegol, duplex patach alternat, sicque fit **תְּדַעַת scien-tia**, et **תְּשֵׁנָה mulier, uxor**, quasi res timidiculosa, et in aduer-sitatibus animum facile abjiciens.

XXXIV. **תְּרֵה suffitus**, et in Piel **שְׁבֵלָה operculum**, vel **שְׁבֵלָה spir-ca**, in Pyal autem **תְּנִינָה tunica**. Ex Kal ad formam **תְּרֵה** componuntur voces **בְּשָׁה pudor**, et **בְּפָתָה destillatio**, quae me-diam radicalem Vau habent. Esse deberet **בְּוֹתֶשֶׁת** et **בְּנוּבָה**. Sed media Vau cum puncto praecedaneo abjecta, manet **תְּשֵׁנָה** ac **כְּפֵת**.

XXXV. **תְּחִתָּה infimum**.

XXXVI. **תְּבִירָה sulphur**.

XXXVII. **תְּרִסְדִּים residuum**. Nota jam (α) nomen **רָאשֵׁת principi-um**, in quo ȝ vocalem suam ad praecedentem litteram schuatam rejicit, inque ea explicite quiescit. (β) voces **בְּכִית fletus**, **בְּרִיה foedus** etc. quae tertiam radicalem He crescentem cum puncto praecedaneo abjecerunt.

XXXVIII. **תְּמִישָׁה pars quinta**, et ex Piel **צְבִירָה placenta**. Ex Kal a radice mediae geminatae, ad formam praesentem deriuatur vox **תְּרֵר terror**, siquidem media geminata (1) cum puncto praecedenti abjecta, (2) voce a fine crescente, in tertia per Dagesch F. est compensata, ob quod Dagesch (3) chirek magnum in breue abiit, ut habeamus **תְּרֵר**, pro **תְּרֵר**. Conf. WASM. Reg. XLI. m. I. et II. et Reg. VII. m. II. Ex Piel vero vocabulum **רְבִירָה** cuius tertia radicalis He, a fine crescens, cum vocali praecedenti est abjecta.

XXXIX.

XXXIX. נִמְנַחַת Nomen proprium, a quo emergit vox בָּרוֹת smegma, radix media radicali geminata cum vocali praecedenti abjecta, per Dagesch F, vero hoc loco non compensata.

XL. יִדְרֹוּת patiter nomen proprium, quod eadem prorsus ratione vocem לְזֹהַת virens, radicis לְזֹהַת, gignit, ac immediate praecedens שְׁלָמִית, vocabulum בָּרוֹת.

XLI. אֲשֶׁרֶת sterquilinium. Formae hujus existunt sequentia, quae tertiam radicalem He habent, nomina, לְזֹהַת languor, לְזֹהַת visio, לְזֹהַת aspectus etc. Nam e.g. a radice לְזֹהַת, ad formam לְזֹהַת, eslet לְזֹהַת. Sed (a) tertia radicalis He crescens cum puncto praecedaneo abjicitur, ut maneat adhuc לְזֹהַת (b) juxta axioma praecedentis numeri XV. patach sub n, tanquam vocalis breuis syllabae compositae, in simplicem reductae, hoc loco corripitur in schua simplex, quod ob literam gutturalem in compositum transit, sicque fit לְזֹהַת.

XLII. בְּלִבְדַּת regnum. Ex Lamed He hinc descendunt, בְּכִיהַת fletus, לְזֹהַת exilium, לְזֹהַת visio, לְזֹהַת taberna, לְזֹהַת aberratio, ejusdemque indolis plura. Etenim a radice לְזֹהַת v.c. ad formam esset לְזֹהַת. Sed (1) tertia He crescens cum puncto praecedaneo abjicitur (2) patach sub n, tanquam vocalis breuis syllabae compositae, in simplicem reductae, hoc loco in longam, Kametz scilicet, elevatur, sicque est לְזֹהַת. Vide axioma meum, num. XV. integrum adpositum.

XLIII. סְבִילָתָה stoliditas, et in Piel נִמְנַחַת perueritas. Occurrunt hic nomina لְזֹהַת excellentia, لְזֹהַת ornatus regius, quae tertiam radicalem He habent, eademque prorsus ratione, ac nomina immediate praecedentis numeri XLI. formantur,

nisi quod sub prima radicali ibi patach in Kametz; hic vero chirek breue in tñere eleuatum sit.

XLIV. *אִירָה foritudo*, et in Piel *חַרְמָה vitellus oui*. Occasione hujus ex Kal obseruamus vocem *נֵתֶן vestimentum*, radicis *כַּסְתָּה*; Ex Piel autem nomen *חַיָּה vita*, thematis *חַיָּה*. In vtroque vocabulo tertia radicalis He a fine crescens cum puncto praecedaneo est abjecta. Sed in priori praeterea prima radicalis כ per Aphaeresin periit. Enim uero a radice, ad formam esset *כְּסָתָה*. Ast tertia radicalis He crescentis etc. Sic est *כְּסָתָה*. Porro autem per Aphaeresin ab initio prima litera radicalis cum schua luo aufertur, ut maneat *נֵתֶן*.

XLV. *בְּגָרוֹת granitas*.

XLVI. *בְּסִילּוֹת stoliditas*.

XLVII. *קְטוֹלָה*. Supponitur ac fingitur forma haec, quia tales requirunt, voces *סְכָתָה tabernaculum*, *זְלָה vilitas*, pluresque his similes, formatae a media geminata, ad modum, quem passim jam monstrauimus. Vide capitilis hujus num. VII. lit. δ.

XLVIII. *מוֹאֲבִי מִיאָבִי*. Trahi huc possent ex tertia He, *שׁ־ד silentium* *לְ־חַדְּרָה morbus*, *שׁׁוֹר durities, difficultas*, *אַ־רְּבִי visio*, aliaque.

XLIX. *קְרָחֵץ infimus*. Orta hinc sunt nomina *קְרָחֵץ insons, purus, עַבְּרִי pauper, עַבְּרִי asfatum*, ut (*α*) tertia He crescens cum puncto praecedaneo abjecta (*β*) patach sub prima radicali, tanquam vocalis breuis syllabae compositae, in simplicem reductae, in Kametz eleuatum sit.

L. *עֲבָרִי Ebraeus*. Hinc non solum *הַצְּשָׁע nonus*, sed etiam *שְׁנִינָה secundus*, tertia He cum puncto praecedaneo pereunte, et chirec sub prima radicali per axioma praecedentis num. XV. in tñere producto, exsurgit.

LI. *נְכָרִי Alienus, vel בְּזִבְּרִי mendax, nomen proprium.*

LII.

LII. *dexter.* In nonnullis formae hujus vocibus, tertia He crescente cum puncto praecedaneo abjecta, sub prima radicali, siue ea fuerit gutturalis, siue non, schua compositum, et specialiter quidem chateph Kametz, obtinet, e. g. אַנְנָה *nauis*, אַרְנֵי *leo*, בְּכִי *contritio*, שְׁמִינִי *silentium*, חֲלִי *morbis*, חֶרְבִּי *aestus*, וְפִתְחָה *pulchritudo* etc.

LIII. *interior*, qualem formam pleraque numeralia ordinaria habent, ut שְׁלִישִׁי *tertius*, רְבִיעִי *quartus*, שְׁבִיעִי *septimus* etc.

LIV. בְּרוֹתָה *excisus*, vel פְּרוֹתָה *profugus*.

LV. שְׁלָמִים *pacificus*.

LVI. *Nomen proprium*, Indolis hujus praeter voces עַמְשֵׁר *langor*, et ex Piel עַמְשֵׁר *languidus*, צְבִי *purificatus*, in quibus tertia He crescents cum puncto praecedenti periit, est nomen עַשְׁר *radicis*. Ad formam enim foret שְׁדִידִי. Sed media radicalis geminata cum puncto praecedenti abjecta, cumque vox per afformatiuum creuerit, porro media radicalis abjecta in tertia per Dagesch F. compensatur, et ob illud praecedens vocalis longa, mutatur in oppositam breuem, sic est עַשְׁרִי *ens praepotens*, omnipotens, quali Vastator, cui nemo resistere potest. Conf. WASM. Ebrais. Restit. Reg. XLI. m. I. et II. ac Reg. VII. m. II.

LVII. קְטַלְתָּה, et a radice כִּיל, vel כִּיל per WASM. Reg. XXXI. m. III. aut Reg. XXXVI. כָּל *tenax*, auarus.

NB. Nonnunquam nominibus a fine auctis, in primis in Nun exeuntibus, alia adhuc afformatiua, ac potissimum afformatiuum נ., נ., atque נ. superinducuntur. Sic a radice רְחַם, ad formam שְׁלָמִים. XVIII. schua simplici subrob praecedens patach in, mutato, est גְּחַזְקָה, et afformatiuo נ. adhuc superinductio,

